




Ausg. 88 Z.  
Gra



B. 443.  
Sl.





ANDREÆ MYLI, J. U. D,

& PROF. PUBL.

in Academiâ Lipsiensi

NUCLEUS  
PANDE-  
CTARUM,

Definitiones, Divisio-

nes & Titulorum Conne-  
xiones præcipuas ex-  
hibens,

cui accesserunt

GERMANICOUSINII J. C.

receptarum utriusque juris  
Regularum

PARTITIONES.

Editio secunda auctior.

LIPSIAE

Literis ANDREÆ ZEIDLERI.  
M DCC IL



L 1487



## *Ad Lectorem.*

**A**b es hic, L.  
B. brevem,  
sed ut spero,  
succinctam vastissimi  
PANDECTARUM ope-  
ris enucleationem, ab  
iis, qui mihi privatam  
operam dederunt, se-  
mel iterumque effla-  
gitatam, nunc verò,  
promissionis ea de re

Aa

da-

*AD LECTOREM.*

datæ haut immemor,  
in lucem evulgatam.  
Quæ uti in definitio-  
nibus, divisionibus &  
connexionibus Titu-  
lorum occupatur to-  
ta; ita notulas quas-  
dam iisdem subinde  
inspergere, & quæ in  
latisimis PANDECTA-  
RUM commentariis  
magnocum labore  
sæpe inveniuntur, in  
pauca verba redigere,  
ac singula legum no-

*AD LECTOREM.*

tabiliorum allegatione confirmare, autho-  
ritatibusque Docto-  
rum, eorum præci-  
puè, qui hoc nostro vi-  
xerunt seculo, & juris  
artem fecerunt niti-  
diorem, stabilire vo-  
lui. Non ad famam aut  
laureolam, sed in u-  
sum, studiosæ juven-  
tutis hoc quicquid est  
comparavi, cui per-  
spicua brevitate pro-  
desse, nec ultra prin-

*AD LECTOREM.*

cipia longè nimis ex-  
currere sum conatus.  
Ea enim hujus laboris  
est intentio, ut vel in-  
cipientib⁹ ad immen-  
sa Jurisprudentiæ vo-  
lumina viam sterne-  
rem, vel adultis eo-  
rum, quæ à Præcep-  
toribus acceperunt,  
intra paucos dies re-  
petendi occasionem  
suppeditarem. Etcum  
sine REGULARUM Ju-  
RIS cognitione vix

tp-

*AD LECTOREM.*

tuto satis in hoc opere  
progredi valeamus, i-  
deo eas à clarissimo  
JCTO, GERMANO Cou-  
SINIO ad sedes suas re-  
vocatas subjicere pla-  
cuit. Igitur L. B. u-  
tere labore meo le-  
vidensi felici-  
ter, & fa-  
ve.



Nux

:( o ):(

**N**ux dura est Pandectarum prægrande Volumen,

Quæ frangi à quovis dente crepante nequit.

Sed Nucleum ut poscit Legum studiosa juventus  
Carpere, sub duro cortice qui latitat,  
Exhibit hunc MTLIUS, Themidis celeberrimus  
Hermes,

Atque ingens Philyres lux, Patriæque  
suæ.

Quām bene! Tam gratos dacet ergo agnoscere la-  
bores,

Pandectas per quos enucleare licet.

Si nova f. s. Nomicis imponere nomina Mytis,  
Jam MTLIUS felix enucleator erit,

*In honorem  
felicissimi Pandectarum Enucleatoris  
avrogrediensis hoc addebat*

**L. JOACHIMUS FELLERUS,**

Cygneus,  
P.P. & Acad. Lips. Biblio-  
thecarius.

In

)( i )(



IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI AD OMNIA CONSI-  
LIA, OMNESQUE ACTUS SEMPER  
PROGREDIMUR.

l. 2. C. de Offic. Pref. Præt. Afric.  
PROOEMIUM.

**P**ANDECTÆ a) à πᾶν & δέχομαι  
b) appellantur.  
a) 17. Cal. Jan. sive 16. Dec. anni 533.  
post. C. N. editæ Const. tanta §.  
fin. in fin. de confirmat. π.  
b) quasi omnia comprehendant. Const. dedit  
nobis §. 1. de confirm. π. Rennemann. in  
Jprud. Roman. Germ. Proleg. disp. 7. ib. 6.  
lit. a. Hahn. in not. ad V Vesemb. de J. & J.  
verb. in Digestorum. Malcomes. adeund.  
Rubr. lit. f.

Alio nomine DIGESTA a) vocantur.

a) nomine latino & Ictis usitato. Vultej. in  
Proleg. Jprud. Rom. n. 40.

Suntque nihil aliud, quam liber sy-  
stematicus, universam Jurisprudentiam  
ex veterum Ictorum a) libris collectam  
continens.

A 5

a) nos

a) non antiquissimorum, sed eorum potissimum, qui ad Edictum perpetuum scripserunt. Vultej, d. l. quorum nomina & scripta in Indice Pandectis proposito recensentur.

Dividuntur a) in PROOEMIUM & TRACTATUM. PROOEMIUM Epistolas proœmiales b) continet.

a) sc. artificialiter. Nam iartificiis littera in 50. libros l. 1. s. 5. C. de V. J. E. 433. titulos & 9123. leges sit divisio.

b) ut: Const. Deo authore de concept. π. Const. omnem. de juris docendi ratione. Const. tanta & Const. dedit nobis de confirm. π.

TRACTATUS ex duabus constat partibus: EXTERNA, quæ causas Jurisprudentiae externas; FINEM & EFICIENTEM; INTERNA, quæ causas internas, MATERIAM & FORMAM exhibet. a)

a) vid. Tab. in libro Aridn. tab. 2. Ab Imperatore Justiniano in 7. partes d. Const. tanta pr. & l. . C. de V. J. E. à glossatoribus in Digestum Vetus, Infortiatum & Novum. Bicc. in prologo rer. quotid. ab aliis aliter. vid Hopper. lib. 2. paritl. jur. c. I. Franzk. in comment. π. proœm. in fine

*fin. Struv. S. J. C. Exercitat. 3. th. 1. fit divisione. Nos Taborianam divisionem per-*  
*zissimum sequamur.*

# LIB. I.

## TIT. I.

DE

### JUSTITIA ET JURE.

**F**INIS a) Jurisprudentiae b) est JUSTI-  
TIA. c)

a) *Finis Jurisprudentiae vel est internus vel externus. Ille est Juris interpretatio do-*  
*ctrinalis; Hic vel ultimus est, ut salus pu-*  
*blica, vel intermedius, ut Justitia. Eccol.*  
*in comment. π. de J. & J. pr. J. §. 3. ibique Dn.*  
*Svendend. in not. Struv. S. J. C. Exercit*  
*1. th. 15.*

b) *Quae est divinarum & humanarum rerum*  
*notitia, justi atque injusti scientia. L. io*  
*π. de J. & J. pr. J. eod. vel clarius: est pru-*  
*dentia (judicaria) jus ad factum appli-*  
*candi.*

c) *virtus omnium perfectissima No. 69. in*  
*prefat. quā nihil inter homines extitit ro-*  
*busius aut pulcrius, quodve Deum & Im-*  
*peratorem placare conciliareque magis*  
*possit. No. 30. cap. 9. §. 6.*

A 6

Eft

Est autem JUSTITIA constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. a)

a) d.l. 10. π. & pr. f.b.t. Aliter Philosophus:  
Justitia est habitus, quo homines idonei sunt ad agendum ea, quae justa sunt, eademque etiam agunt & volunt. lib. 5. Ethic. c. 1.

Dividitur in UNIVERSALEM & PARTICULARREM. a)

a) Divisio hæc non est generis in species, sed totius in partēs. Rennemann. d. l. disp. 1. tb. 31. lit. b. & novissimè Rachel. lib. 1. Inst. Jurispr. Tit. 4. aph. 3. in not.

JUSTITIA UNIVERSALIS a) (legalis) est virtus, quæ omnibus legibus ad publicam societatis conservationem obedientia præstatur.

a) In sece omnes virtutes complectitur. Imo ipsa virtus dicitur ab Arist. lib. 5. Eth. 2. puta quoad essentiam & subiectum. Franz. ad π. h. t. n. 20. Differunt enim quoad diversum modum considerandi, quia virtus homini absolute spectato; justitia vero eidem in societate civili existenti competit. Rachel. d. l. Tit. V. aph. 1. in not.

JUSTITIA PARTICULARIS est virtus, quæ de bonis externis suum cuique tribuit.

Et que

**Estque vel DISTRIBUTIVA vel COMMUTATIVA.**

DISTRIBUTIVA est virtus, quæ de rebus communibus a) ipsis eivitatis membris qua talibus suum tribuit secundum proportionem geometricam. b)

a) quo pertinent præmia & onera. Arist. lib. 5. Ethic. 7.

b) ubi numeri ita progrediuntur, ut, quoties primus eorum in secundo, toties tertius in quarto contineatur, v. g. 2. 4. 6. 12. Instituitur per Multiplicationem & Divisionem.

**COMMUTATIVA** est virtus, quæ de rebus singulorum a) suum cuique tribuit secundum proportionem Arithmeticam. b)

a) quo referuntur commutationes tum voluntarie, ut contractus; tum involuntarie, ut delicta. Arist. d. lib. 5. Ethic. 5. Quæ diversitas justitiae oritur à diversa habitudine, quæ in Republ. repertitur, & est triplex, vel partium ad totum, vel totius ad partes, vel partium ad partes. Frantzk. b. t. n. 16. & seqq.

b) ubi numeri ita progrediuntur, ut quoties prima pars secundus, toties tertium quartus

A 7

super-

superat. v. g. 2. 4. 6. 8. Instituitur per  
*Additionem & Subtractionem.*

Hæc de FINE, sequitur CAUSA EF-  
FICIENS, quæ vel GENERALITER  
vel SPECIALITER traditur.

GENERALITER ORIGINEM JU-  
RIS, MAGISTRATUM, & SUCCE-  
SIONEM PRUDENTUM exhibet.

## TIT. II.

DE

ORIGINE JURIS, ET OMNI-  
UM MAGISTRATUM ET SUC-  
CESSIONE PRUDENTUM.

**O**RIGO JURIS vel NATURALIS  
est, vel CIVILIS seu HISTORICA.  
DeILLA in superiore actum fuit Titulo.  
HÆC vel est REGIA, a) vel POPULA-  
RIS, b) vel MONARCHICA c)

a) quæ continet leges à 7. regibus latae, eu-  
riatas dictas, quas Papirius in unum re-  
degit volumen, quod Jus civile Papiria-  
num appellatur. l. 2. §. 2. b.t.

b) quæ exhibit jus incertum §. 3. leges 12.  
tabb. §. 4. & harum incrementa, veluti:  
Interpretationem fori, §. 5. Legis actiones.  
§. 6. Leges novas. §. 8. & legem Plebis circa d.  
§. 8.

§. 8. Senatus Consulta §. 9, Edicta magistratum §. 10. & 27.

c) quae repræsentat Constitutiones Principum vel *Gentilium*, ab Augusto ad Constantium M. vel *Christianorum*, à Constantino M. ad Justinianum. Unde compositi sunt tres Codices: Gregorianus, Hermogenianus, Theodosianus. *Conſt. Hec qua* §. 1. *de novo Cod. fac. Conſt. Summa* §. 1. *de Just. Cod. confirm.* & ex his denique Justinianus, & quem repetitæ prælectionis vocamus. vid. Jacob Gothofr. in *Hiflor. jur. cap. 1. § seqq.*

MAGISTRATUM & PRUDENTIUM successionem hic persequi, instituti ratio non permittit. a)

a) vid. l. 2. §. 16. & seqq. b. t.

CAUSA EFFICIENS SPECIALITER tūm quoad statum DEMOCRATICUM, tūm quoad MONARCHICUM consideratur.

In statu POPULARI latæ sunt LEGES, a) SCITA, & CONSVETUDINES.

a) sub quibus etiam *Plebiscita* continentur,  
vid. §. 4. J. de J. N. G. & C.

TIF.

TIT. III.  
DE  
LEGIBUS, SENATUSCONSUL-  
TIS ET LONGA CONSVENTU-  
DINE.

**L**EX a) est, quam Populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat. b)

- a) in *specialissimo significatu*. Hahn. *ad TIT. π. de LE. n. 2.* In generali vero Lex est omnium diuinarum & humanarum rerum regina, praeceptrix faciendorum & prohibetrix non faciendorum. l. 2. π. de LL.
- b) §. 4. J. de J. N. G. & C. De ratione legis ferendæ, vid. Anton. Augustin. *de LL. & SCtis. cap. 7.*

**SENATUS CONSULTUM** est, quod Senatus jubet atque constituit a)

- a) §. 5. d. l. quem jus facere posse non ambigitur. l. 9. π. de LL. Collectionem Sanctorum vid. ap. Aut. August. d. tr. p. m. 208.

**CONSVETUDO** a) est jus, tacito consensu per usum longævum introductum.

- a) à quâ *observantiam* differre volunt, quod hæc

LIB. I. TIT. IV.

9

hæc sit consuetudo *interpretativa*, illa vero *inductiva*, seu novi juris constitutio,  
vid. Author anonym. *Inst. jur. publ. lib. I.*

*Tit. I. §. 30.*

Estque vel GENERALISSIMA, quæ  
ubique obtinet, vel GENERALIS, quæ  
in aliquo Regno, aut in certa provincia  
viget, vel SPECIALIS, quæ in pago aut  
in civitate est recepta, vel SPECIALIS-  
SIMA, quæ ad certum collegium est re-  
stricta a)

a) Wesenb. ad *w. b. t. n. 9.* Meier in *C. J. A.*  
*d. t. aph. 34.*

In statu MONARCHICO CONSTI-  
TUTIONES à Principibus ferebantur.

TIT. IV.

DE

CONSTITUTIONIBUS  
PRINCIPUM.

CONSTITUTIO a) est jus à Principe  
constitutum.

a) *l. i. π. b. t. §. 6. de f N. G. & C.* vid. omnino  
elegant. dissert. Dn. Strauch. *d. statut. à*  
*summo princ.*

Estque vel DEFINITA vel INDEFI-  
NITA.

DE

DEFINITA est, quæ sit sub determinatione vel personarum, vel aliarum circumstantiarum.

Hinc RESCRIPTUM & DECRETUM.

SCRIPTUM est, quo princeps de jure consulentibus respondet. a)

a) Species ejus sunt : Annotatio, Epistola, Pragmatica sanctio, vid. Bicc. *in preloquer. quotid. §. 40.* Franz. *ad π. de const. princ. n. 25. seqq.*

DECRETUM est, quando ipse princeps de causâ cognoscit, & partibus auditis pronunciat.

INDEFINITA est, quæ sit sine determinatione personarum vel aliarum circumstantiarum.

Unde EDICTUM & MANDATUM.

EDICTUM est, quando princeps proprio motu aliquid ad utilitatem subditorum constituit. a)

a) §. 6. 7 *de J. N. G. C. C.*

MANDATUM est constitutio specialis, quæ certæ personæ nempe praesides aut judicess, quid eos facere oporteat, monen-

monentur, aut forma administrandæ  
Reipubl. præscribitur. a)

a) r. & de mandat. princ.

UTRAQUE (definita & indefinita)  
vel GENERALIS est vel SPECIALIS.  
ILLA omnes obligat; HÆC ob singula-  
rem æquitatem ultra id, in quod lata est,  
non extenditur a) vocaturque PRIVI-  
LEGIUM.

a) §. 6. f. de N. G. & C.

Est autem PRIVILEGIUM jus singu-  
lare a) quo personæ vel causæ contra ju-  
ris communis tenorem aliquid speciale à  
superiore conceditur.

a) vid. L. 6. n. de LL.

Dividitur in PERSONALE quod per-  
sonæ, a) & REALE, quod reib) immedi-  
te conceditur.

a) persona hic *subjectum*, cui immediatè pri-  
vilegium adhæret, denotat. Hahn. ad VVe-  
senb. h. l. n. 2.

b) per rem locum, causam, conditionem in-  
telligimus. Zœf. ad Tit. X. de privileg.  
n. 5.

Tantum de parte Jurisprudentiæ EX-  
TERNA, sequitur INTERNA, quæ MA-  
TERIAM & FORMAM exhibet.

MA

MATERIA vel est SUBJECTIVA vel  
OBJECTIVA.

SUBJECTIVA personas demonstrat,

TIT. V.

DE

STATU HOMINUM.

PERSONÆ a) considerantur vel quo-  
ad statum NATURALEM, vel AD-  
VENTITIUM.

a) Persona est suppositum rationale in certo  
statu consideratum, constituens summum  
genus eorum, qui in quovis statu degunt.  
Schilt. in pr. art. analyt. c. 4. §. II. Strauch.  
disp. ad R. J. 2. th. 1. Et ita non civis sed  
hominis qualitatem designat, ac tam servo,  
quam libero homini competit. l. 4. π. ne  
quis cum qui injus vocab. l. 12. π. de R. J.

Quoad NATURALEM illæ vel MA-  
SCULI sunt vel FOEMINÆ, a) vel  
NATI b) vel NASCITURI. c)

a) Illi melioris, hæ deterioris habentur con-  
ditionis. l. 9. π. de stat. bom. junct. l. 2. π.  
de R. J. l. 1. & l. 195. pr. π. de V. S.

b) modo sunt perfecti. l. 12. b. t. l. 3. g. fin. π.  
de suis & leg. hered. & vivi editi. l. 129. π.  
de V. S. nec monstrosi. l. 14. b. t. licet sint  
excisi. l. 141. π. de V. S.

c) qui

c) qui in causis *commodi proprii* pro natis ha-  
bentur. l. 7. l. pen. π. de statu hom. l. 231.  
π de V. S.

Quoad ADVENTITIUM personæ  
vel SUI vel ALIENI juris sunt.

## TIT. VI.

DE

HIS, QVI SUI VEL ALIENI  
JURIS SUNT.

PERSONÆ SUI JURIS vel sunt IN-  
GENUI vel LIBERTINI.

INGENUUS est is, qui statim ut na-  
tus est, liber est. a)

a) pr. *J. de ingen.* intellige *ingenuum* *fere*  
*talem.* Nam quasi *ingenuus* est, qui *jura*  
*ingenuitatis*, *veluti*, *Jus aureorum annu-*  
*lorum*, *restitutionem natalium &c.* ex *be-*  
*neficio Principis* est consequitus.

LIBERTINI SUNT, qui ex justâ a)  
servitute manumissi sunt. b)

a) non *putativâ.* Natalibus enim non offi-  
cit manumissio. s. fin. *J. de libert.* Ritters-  
hus. *ibid.*

b) pr. *J. de libert.*

PERSONÆ ALIENI JURIS vel sunt  
SERVI, in potestate DOMINICA, vel  
FILII-

FILII FAMILIAS in potestate PATRIA  
a) existentes.

a) vid. l. 4. π. b. t.

De ILLA a) alibi.

a) vid. Nucl. Inst. ad h. t. §. 1.

Hæc vero est jus patriæ) liberis legi-  
timis b) ad communem familie utilita-  
tem legali modo imperandi c) compe-  
tens.

a) cujuscunq; gradus l. 51. π. de V. S. naturali  
& adoptivo. pr. f. de adopt.

b) quos justis nuptiis procreavimus. l. 6. b. t.  
& legitimatis, quia simili cum legitime  
natis perfruuntur fortuna, juxta l. 10. in fin.  
C. de natural. lib. No 89. cap. 8. Neque  
sic gradum distinguimus l. 4. b. t. l. 220.  
π. de V. S.

c) quod enim genuit imperat, ut ait Ari-  
stot. lib. 7. polit. cap. 8.

Et consideratur vel quoad CONSTI-  
TUTIONEM, vel DISSOLUTIO-  
NEM.

CONSTITUITUR Nuptiis a) LE-  
GITIMATIONE & ADOPTIONE.

a) justis pr. f. de P.P. l. 5. π. de ius vocand.  
putativis l. 57. §. 1. π. de R. N.

De NUPTIIS infra.

LEGI-

**LEGITIMATIO** est actus, quo liberi naturales a) legiti<sup>m</sup>i efficiuntur. b)

a) non eriam spuri<sup>i</sup>, adulterini & incestuos<sup>i</sup>, ne singatur quod jure & facto est impossibile. Strauch *diff. 4. th. 2. 3.*

b) & vel oblatione Curiæ, vel subsequente matrimonio, vel Rescripto principis §. fin.

*J. de Nupt. No<sup>b</sup>. 74. cap. 2. No<sup>b</sup>. 89. cap. 9.*

*C. 10.*

### TIT. VII.

DE

### ADOPTIONIBUS.

**ADOPTIO** est actus legitimus a) per quem, qui filius non est, pro filio habetur.

a) Est autem *actus legitimus* solenne hominis negotium, solenni modo rituque, publicè privatimve celebratum. Jacob, Gothofr., *ad l. 77. n. de R. J. n. 2.*

Dividitur in ADOPTIONEN SPECIFICAM & ARROGATIONEM.

**ARROGATIO** est adoptio, quâ homo sui juris per principale Rescriptum in locum filii adsumitur.

**ADOPTIO SPECIFICA** est adoptio,  
qua

quā filius familias magistratus imperio  
in locum filii adsumitur.

Estque rursus vel PLENA, quæ & pa-  
triam potestatem & successionem ab in-  
testato; vel MINUS PLENA, quæ suc-  
cessionem ab intestato solum opera-  
tur. a)

a) veluti, si extraneus vel fœmina adoptet. §. 2.  
§. 10. f. de adopt.

DISSOLVITUR p. p. emancipatione  
aliisque modis. a)

a) quos vide in Nucl. Inst. ad Tit. quib. mod.  
jus patr. potest. solē.

Hæc de materia Jurisprudentiae SUB-  
JECTIVA. Materia OBJECTIVA con-  
tinet RES. a)

a) quatenus personis & actionibus opponun-  
tur. Rebhahn, in Hodeg. jur. Char. III.  
Clim. II. Parall. I.

### TIT. VIII.

DE

### DIVISIONE RERUM ET QVA- LITATE.

R E S sunt I. vel DIVINI vel HUMA-  
NI JURIS a)

a) l. 1. b. 2.

RES

RES DIVINI juris sunt, quæ ad usum  
divinum quodammodo sunt compara-  
tæ. a)

a) Vinn. 1. part. jur. 46.

Suntque vel SACRÆ vel RELIGIO-  
SÆ vel SANCTÆ. a)

a) §. 4. f. de R. D.

RES SACRÆ sunt, quæ ritè per Pon-  
tifices DEO consecratæ sunt. a)

a) §. 8. 7. d. t. l. 6. s. 3. b. t.

RELIGIOSÆ sunt loca, humandis ca-  
daveribus demortuorum hominum de-  
stinata. a)

a) l. 6. s. 4. π & §. 9. f. b. t.

SANCTÆ sunt quæ sanctione qua-  
dam ab injuria hominum subnixæ ac de-  
fensæ sunt. a)

a) l. 8. π. & §. 10. f. b. t.

RES HUMANI JURIS sunt, circa  
quas homines jus habere possunt.

Suntque vel PUBLICÆ vel PRIVA-  
TÆ. a)

a) l. 1. pr. in fin. b. t.

RES PUBLICÆ vel sunt COMMU-  
NES vel PUBLICÆ in specie, vel UNI-  
VERSITATIS. a)

B

a) vid.

a) Vid. Vinn. d. tract. cap. 17.

**COMMUNES** sunt, quarum proprietas est nullius, sed jure gentium quoad usum omnibus vacant. a)

a) ut: aëris, aqua profluens, mare & littora maris. §. I. 7. b. e.

**PUBLICÆ** in specie, quarum proprietas est certi populi, usus autem communis omnium. a)

a) ut flumina, portus. §. 2. 7. b. e.

**RES UNIVERSITATIS**, quarum proprietas est certæ Universitatis, & usus singulis ex illâ universitate communis. a)

a) ut theatra, stadia. §. 6. 7. b. e.

**RES PRIVATÆ** sunt, quas jure quisque sibi adquisivit.

**II. RES in CORPORALES & INCORPORALES** dividuntur. a)

a) de hac divisione vid. Nucl. Inst. ad Tit. de reb. corp. & incorp.

Sic fuit MATERIA Jurisprudentiæ; sequitur FORMA, quæ in applicatione juris ad facta consistit. Illa verò fit modis legitimis & à jure dispositis, qui positi sunt in JUDICIS.

JU-

JUDICII notanda sunt PRINCIPIA  
(præparatoria) a) MEDIA b) & POSTE-  
RIORA. c)

- a) à præf. tit. ad lib. V. Tit. I.
- b) à Tit. I. lib. V. ad Tit. I. lib. XLIX.
- c) à Tit. I. lib. XLIX. ad fin.

PRINCIPIORUM spectantur perso-  
na vel MAGISTRATUUM, vel LITI-  
GATORUM.

MAGISTRATUUM & OFFICIUM  
& POTESTAS consideratur.

OFFICIUM pro MAGISTRATUUM  
diversitate fuit varium.

MAGISTRATUS vel sunt URBANI  
vel PROVINCIALES.

URBANI vel ORDINARIIS vel EX-  
TRAORDINARIIS.

ORDINARIIS sunt SENATORES,<sup>a)</sup>  
CONSULES, PRÆFECTI PRÆTO-  
RIO, PRÆFECTI URBI, QVÆSTO-  
RES, PRÆTORES.

a) Sed vide lib. 6. Tit. seq.

## TIT. IX.

DE

## SENATORIBUS.

**S**ENATORES a) sunt, qui sententiam  
in Senatu consilii publici causa b) di-  
cebant.

a) quorum nomen non erat *magistratus*, sed  
*ordinis*. l. 7. §. pen. π. de interdict. Dn. Struv.  
S. f. C. b. t. l. th. 3.

b) Officium olim non consistebat in *jure dicendo*, sed in *consultando*. vid. Vultej. I.  
Iprudent. Rom. 13. postea sub Imp. extra  
ordinem jus dixerunt l. 1. §. 10. π. de postu-  
lando.

## TIT. X.

DE

## CONSULIBUS.

**C**ONSULES sunt *magistratus*, qui Se-  
natui præsunt. a)

a) *summam* sed non plenam, verum *limitatam*  
ab initio habebant *potestatem* l. 7. §. 16. π. de  
O. J. & sub Imp. solum *honorarium*. We-  
senb. h. *circas fin.* ad jurisdictionem vero  
voluntariam minus recte restrictam l. 2. π.  
de in jus hocand. l. 7. §. fin. l. 4. π. de recepto  
Eccolt. h. t. §. 4. Eorum dignitas erat ma-  
xima

xima t. t. C. de COSS. quæ Imperatorum tempore evanuit, & nudum saltem nomen ac umbra pristinæ potestatis remansit  
Nob. 105.

## TIT. XI.

DE

OFFICIO PRÆFECTI  
PRÆTORIO.

**P**RÆFECTUS PRÆTORIO est, cui princeps summam rerum a) judiciorumque commisit, b)

a) Horum munus olim erat *militare*, nam cohortibus aulæ præficiabantur, quod postea in *civile* degeneravit. Tandem Imperatores ipsis totius Imperii administrationem concederunt.

b) Qui proinde *ius de non appellando* habet l. un. s., h. salvo tamen *supplicationis* remedio, l. un. C. de Sent. Praef. Præt.

Ejus loco in aliquam diœcesin mitte-  
batur VICARIUS a)

a) t. t. C. de *officio Vicarii*.

## TIT. XII.

DE

OFFICIO PRÆFECTI  
URBI.

B 3

PRÆ-

**P**RÆFECTUS URBI est, cui summa rerum urbanarum ad urbis a) custodiā, annonæ curam b) & fontium punitiōnem est commissa. c)

- a) usque ad centesimum lapidem l. I. §. 4. b.t.  
nam ultra eum nihil jubere potest d.l. &  
l.fin. eod.
- b) vid. l.I.§.II.h.t.
- c) ita ut relegandi, deprehendique facultatem  
habeat, sed in eam insulam, quam Impera-  
tor assignavit d.l.I.§.3.b.t.

## TIT. XIII.

DE

## OFFICIO QVÆSTORIS.

**Q**VÆSTORES a) hic sunt, qui pecuniæ administrationi præsunt. b)

- a) Alias enim dantur Quæstores parricidii l.2. §. 23. π. de O. f. exercitus Noſ. 41. sacri palatii l. 7. C. de divers. rescript. de quibus agit Vultej. 1. fprud. Rom. 13. & Eccolt. b.  
§. I.

b) l.2. §.22. π. d.O.f.

## TIT. XIV.

DE

## OFFICIO PRÆTORUM.

PRÆ-

**PRAETORES** sunt, qui juris dicendi causâ sunt constituti. a)

a) non quidem in *criminalibus*. l. i. §. 8. π. de  
*suspect. tut.* quarum animadversio P̄r̄f̄  
 eto Urbi competebat l. i. pr. π. de Off. P̄r̄f̄.  
 Urb. Sed saltem in *civilibus*, quæ in *thesi*  
 in facultate proponendi Edicta, in *hypothesi*  
 autem in applicatione juris ad facta  
 consistebat, quod *dando, dicendo & addi-*  
*cendo* expediebatur.

**EXTRAORDINARII MAGISTRA-**  
**TUS** sunt **PRAEFECTI VIGILUM.**

### TIT. XV.

DE

### OFFICIO PRAEFECTI VIGILUM.

**PRAEFECTUS VIGILUM** est, cui no-  
 cturna urbis custodia & delictorum  
 noctu admissorum cognitio erat com-  
 missa a)

a) Habet *imperium merum*, sed minus plenum,  
*l. fin. b. t. l. un. C. eod.*

**PROVINCIALES** sunt PROCON-  
 SUL, **PRAEFECTUS AUGUSTALIS**,  
**PRÆSES**, **PROCURATOR CÆSARIS**  
 ET **JURIDICUS**.

B 4

TIT.

TIT. XVI.  
DE  
OFFICIO PROCONSULIS  
ET LEGATI.

**P**ROCONSULES sunt, qui cum con-  
fulari dignitate in provincias mitte-  
bantur. a)

a) *Plenissimam* habent *jurisdictionem*, puta  
*voluntariam & contentiosam*; Illam, post-  
quam urbem est egressus: hanc post in-  
gressum in Provincias *l. 1. l. 2. l. 4. 5. fin.*  
*b. t.* Et non solum *civilem*, sed & *crimi-*  
*nalem*. Posteriorem vero solum quoad  
potestatem *cognoscendi l. 6. b. t.* non etiam  
*statuendi l. 11. eod.* solis fiscalibus causis  
exceptis, Procuratori Cæsaris quippe reli-  
ctis. *l. 9. b. t.*

**H**is levamenti ergo **LEGATI** adjun-  
gebantur. a.

a) Ex Senatus authoritate & decreto. Dn.  
Struv. *S. 7. C. b. t. th. 30.* Unde rectius  
*infertur, propriam eos habere jurisdictionem*, non *mandatam*, tamdiu tamen, do-  
nec Proconsul provinciam ingressus fue-  
rit, suspensam. *l. 4. n. de off. ejus cui mand.*  
est *jdict. l. 13. b. t.* Franz. & Eccolt. *b. t.*  
vid. Vinn. de *Jdict. cap. 8. n. 11.*

TIT.

## TIT. XVII.

De

OFFICIO PRÆFECTI  
AUGUSTALIS.

**P**PÆFECTUS AUGUSTALIS est,  
cui ab Augusto Imperatore Ægypti  
gubernatio est commissa. a)

a) cui Jurisdictio ordinaria & extraordinaria  
datur. *I. i. C. b. t. l. i. pr. π. de tut. & cu-*  
*rat. dat.*

## TIT. XVIII.

DE

## OFFICIO PRÆSIDIS.

**P**RÆSES est, qui à principe ad pro-  
vinciam a) regendam fuit constitu-  
tus. b)

a) *Imperatoriam*, cuiusmodi generis erant  
provinciæ *majores*; nam *minorum* cura  
ad populum spectabat, qui eos per Procu-  
rаторem Cæsaris administrabat.

b) qui non saltem *civilem*, sed & *criminalem*  
habet *jurisdictionem*. *I. 4. l. 6. §. 8. b. t.*  
Est enim Principis vicarius. *I. pen. b. t.* Sed  
deportandi jus ipsi non competit. *I. 6. §. 1. o.*  
*π. de interdict. & relig. Perez. ad Tit. Cod.*

B 5 de

*de off. Recl. prob. n. 4. quod ad Præsidē  
singularum provlnciarum restringit. Wiſ-  
ſenb. disp. 5. th. 13.*

## TIT. XIX.

DE

OFFICIO PROCURATORIS  
CÆSARIS SEU RATIONALIS.

**P**ROCURATORES CÆSARIS sunt,  
quibus cura fisci fuit demandata. a)  
a) Competit eis in *causis fiscalibus* jurisdic̄tio.  
*t. t. C. ubi caus. fiscal.* In *capitalibus* verò  
cognoscere potuerunt, si vice Præsidis fun-  
gebantur l. 4. *C. ad. l. Fab. de plag. l. 3. C.*  
*ubi caus. fiscal.* quod factum fuit, quoties  
in minores prævicias, quæ nullum Præsi-  
dem habebant, mittebantur. Vid. Tit. an-  
seced.

## TIT. XX.

DE

OFFICIO JURIDICI ALE-  
XANDRIÆ.

**J**URIDICUS est magistratus Alexan-  
driæ cum potestate ibi jus dicendi da-  
tus. a)

a) *l. 2. b. l. un. C. eod.*

Denique MAGISTRATIBUS acce-  
dunt

dunt, MANDATAM JURISDICTIO-  
NEM habentes & ASSESSORES.

TIT. XXI.

DE

OFFICIO EJUS, CUI MAN-  
DATA EST JURISDICTIO.

**M**ANDATARIUS est, qui alienam a)  
jurisdictionem b) exerceat.

a) Igitur *nihil proprii* habet, sed alienis parti-  
bus fungitur, *I. 3. b. t.*

b) *ordinariam* puta. Nam quæ *specialiter*  
lege, vel Senatusconsulto vel constitutio-  
ne principum tribuuntur, mandata juris-  
dictione non transferuntur *I. 1. pr. b. t.*

TIT. XXII.

DE

OFFICIO ASSESSORUM.

**A**SSESSORES sunt, qui magistratum  
consiliis Juvant. a)

a) *Magistratus* igitur non sunt, sed eidem so-  
lum adh̄erent, eumque instruunt. arg. *I.*  
*pen. & fin. C. b. t.* Igitur iuris peritos eos  
esse oportet. Nam si Assessoris imprudentia  
jus aliter dictum sit, quam oportuit, non  
debet hoc magistratu officere, sed ipsi Af-  
fessori *I. 2. w. quod quisque juris.*

Tantum de MAGISTRATIBUS IN SE, sequitur eorum POTESTAS, quam præ se fert JURISDICTIO.

## LIB. II.

## TIT. I.

DE

## JURISDICTIONE.

JURISDICTIO est publica juris dicendi potestas. a)

a) vel, si malis, *notio*, in *sensu* sc. hujus verbi generico. Nam ita *notionem in specie*, (facti cognitionem) & *jurisdictionem*, tanquam *species* sub se comprehendit. l. 99. l. 215. π. de V. S. l. 5. π de re iud. Potestas vero *genus* est remotum. Bicc. seſt. 3. ver. quotid. th. 39. lit. w. C. 7. A. b. th. 6.

Dividitur in CRIMINALEM & CIVILEM.

JURISDICTIO CRIMINALIS est de causis criminalibus statuendi & in reos animadvertisendi potestas. a)

a) Eadem est haec *jurisdictio cum mero imperio*, quia causæ criminales sola sententia dictione terminari non possunt, cum opus sit executione; secus ac causæ civiles. Vian. tr. de Jūdīct. cap. 1. in fin.

JURIS-

JURISDICTIO CIVILIS est de causis civilibus cognoscendi, statuendi & coērcendi potestas.

Continet sub se NOTIONEM IN SPECIE, JURISDICTIONEM SIMPLICEM & MIXTUM IMPERIUM a)

a) Quoniam Jurisdictio est aliquod totum potestatum, ideo per partes potestatis hic distinguitur. vid Strauch. *dissert. 20.*  
*tb. 2.*

NOTIO IN SPECIE est de facto a)  
cognoscendi potestas.

a) Sic differt à jurisdictione, quæ jus & justitiam respicit C. J. A. b. t. tb. 10. Hinc diverse sunt enatæ phrases, *in jure agere*, & *in iudicio agere* Vultej. *in Iprud. Rom. 2. cap. 26.* quorum illud *magistratibus*, hoc vero *judicibus pedaneis* proprium est.

JURISDICTIO SIMPLEX est de jure

a) statuendi potestas.

a) quod fiebat per dationem judicis, & formularum præscriptionem. Franz. *b.t. n. 28.*

IMPERIUM MIXTUM est potestas modicè coērcendi. a)

a) cohæret jurisdictioni l. 1. s. fin. π. de off. ejus cui mand. est jdict. accessoriè sc. ob inobedientes. Vinn. *d tr. cap. 11. insin. aut virtualiter*, sicut pars virtualis suo toti

B 7 pote-

potestativo cohæret. Hahn. ad VVesenb.  
b. t. n. 7. verb. *J*udictionem illi imperio in-  
effe.

Dividitur II. in VOLUNTARIAM  
& CONTENTIOSAM.

VOLUNTARIA est, quæ in volen-  
tes authoritatis solum gratia exerceatur.

CONTENTIOSA dicitur, quæ inter  
litigantes locum habet.

Jurisdictioni tuendæ tria inserviunt  
Edicta: I. DE ALBO CORRUPTO,  
II. QUOD QUISQUE JURIS &c.  
III. SI QUIS JUS DICENTI &c.

Ex I. nascitur ACTIO DE ALBO  
CORRUPTO, quæ est actio prætoria,  
personalis, popularis, poenalis, arbitra-  
ria, ad poenam 500. aureorum adversus  
eum, qui album Prætoris perpetuae ju-  
risdictionis a) causa propositum, corru-  
pit, b) competens.

a) *Perpetuum* hic dicitur non *absolutè*, sed  
*oppositivè* ad ea, quæ in singulis propone-  
bantur causis. Bach. & Vinn. ad §. 12. *J.*  
*de action.*

b) *dolo malo*. Rusticitati enim parcendum.  
b. 7. §. 4. b. t.

## TIT. II.

**QUOD QUISQUE JURIS IN  
ALTERUM STATUERIT, UT IPSE  
EODEM JURE UTATUR.**

**E**dictum II. duas habet partes. PRIMA de MAGISTRATU iniquum jus statuente; a) SECUNDA de LITIGATORE, iniquum jus impetrante b) agit, ut quod ipse in alterius persona aequum esse credidisset, in ipsius quoque personâ valere patiatur.

- a) Verbum *statuere* cum effectu accipendum. Significat enim rem perfectam & consummatam injuriam, l. i. s. fin. b. t.
- b) Hic nuda juris iniqui impetratio sufficit. l. 3. b.

Ex hoc Edictio oritur ACTIO IN FACTUM ei, qui iniquo jure laesus est adversus magistratum vel privatum, ut eodem jure utantur, competens. a)

- a) Oldendorp. class. i. act. i. Hahn ad Wenb. b. n. 2. verb. nisi sine ipsis fraude. Struv. b. 1b. 83. quibus contradicit Eccolt. b. s. 3. saltem imploratione officii judicis concedens,

## TIT. III.

SI QUIS JUS DICENTI NON  
OBTEMPERAVERIT.

**E**X III. Edicto venit ACTIO IN FACTUM, quæ est præatoria, personalis, pœnalis, arbitraria, popularis, quæ ad multam a) exigendam datur adversus eum, qui extremum b) jurisdictionis contemnit.

a) i. e. estimationem contumaciae, non verò interesse actionis. l. un. §. fin. h. t.

b) Extremum dicitur ultimum, seu, quo factio judex ulterius progredi non potest. Hahn. ad Wesenb. h. n. 5.

Hæc de PRINCIPIIS (præparatoriis)  
quoad MAGISTRATUS, sequuntur  
EA quoad LITIGANTES, a)

a) vid. Tit. de R. D.

LITIGANTES vel experiuntur IN JUDICIO, vel EXTRA ILLUD.

IN JUDICIO fit illud per ACTIÖNEM tum adhuc COMPETENTEM tum AMISSAM.

ACTI-

ACTIONEM adhuc COMPETENTEM quædam præcedunt tām quoad REUM, quam quoad ACTOREM.

Quoad REUM hoc contingit per IN JUS VOCATIONEM & SATISDICTIONEM.

### TIT. IV.

DE

### IN JUS VOCATIONE.

IN JUS VOCATIO est juris experiri di causa ad Magistratum a) facta vocatio.

a) Hic differebat à *citatione*, quæ & ad judicem & magistratum vocabat. Vultej, *de jud. lib. 1. cap. 2. n. 3.*

Omnis autem vocari possunt, nisi qui Edicto prohibentur. Sed prohibentur quidam absolutè, a) quidam secundum quid, ut prius impetretur venia. b)

a) ut : magistratus majores, uxorem ducentes, funus prosequentes aliquie relati in l. 2. n. b. t. Hill, ad Donell, lib. 13. cap. 2. lit. X.

b) quales sunt omnes, quibus reverentia (*pro-pria sc. & singularis*) exhibenda est l. 13. b. t.

Com-

Competit inde ACTIO DE IN JUS VOCANDO quæ est actio præatoria, personalis, pœnalis, arbitraria, ei, qui contra Edictum in jus vocatus est aduersus vocantem ad pœnam 50. aureorum comparata.

## TIT. V.

SI QVIS IN JUS VOCATUS  
NON IERIT, SIVE QVIS EUM  
VOCAVERIT, QVEM EX EDICTO  
NON DEBWERIT.

**V**ocato non veniente ACTIO INFACCTUM datur, quæ est præatoria, personalis, pœnalis, arbitraria, quâ vocatus vocanti ad multam a) tenetur.

a) l.z. s.r. b. t.

## TIT. VI.

IN JUS VOCATI UT EANT  
AUT SATIS VEL CAUTUM  
DENT.

**E**Vitabat multam, qui vel IBAT, vel SATISDABAT, necessariis personis exceptis, pro quibus qualiscunque fidejus-

Jusso*r* admittendus. Quem qui non admissit ad poenam §o. aureorum tene*tur*. a)

a) ac præterea actione injuriarum conveniri potest. l.c. §. 1. *et* qui satis dare cog.

Inde oritur ACTIO IN FACTUM prætoria, personalis, poenalis, arbitraria, quæ ad §o. aureos aduersus eum, qui necessariâ persona vocata, qualicunque fidejussore dato non erat contentus, agitur. a)

a) vid. l. 1. 2. 3. b. t.

### TIT. VII.

## NE QVIS EUM, QUI IN JUS VOCABITUR, VI EXIMAT.

**Q**ui verò ibat, non erat eximendus. a)

a) l. 1. pr. b. t.

Alias ACTIO DE VI EXEMPTO nesciebatur, quæ est actio prætoria, personalis, poenalis, arbitraria, quâ is, qui in jus vocatum vi eximit a) dolô malô, ad id quod interest tenetur.

a) i. e. quoquo modo aufert. Est igitur aliud  
exi-

*eximere*, aliud eriper*e* i. e. de manibus au-  
ferre per raptum *l. 4. pr. b. t.*

## TIT. VII.

**Q**VI SATISDARE COGANTUR,  
VEL JURATO PROMITTANT, VEL  
SUÆ PROMISSIONI RELIN-  
QUANTUR.

**S**ATISDATIO est cautio, qua adver-  
sarum datis fidejussoribus a) reddimus  
securum.

a) qui sub verbo *satisfactionis* intelliguntur.  
*l. 1. pr. b. t.*

**S**ATISDANT omnes rei de JUDICIO  
SISTI, illustribus personis a) & immobi-  
lium possessoribus b) exceptis.

a) Nam hi ad cautionem juratoriam admit-  
tuntur. *l. 17. C. de dign. l. 12. C. de prox.*  
*sacr. scrin.*

b) qui nudæ promissioni relinquuntur. *l. 15.*  
*b. t.*

## TIT. IX.

**S**I EX NOXALI CAUSA AGA-  
TUR, QVEMADMODUM  
CAVEATUR,

Ca-

**C**Avet etiam dominus NOXALI ACTIONE conventus, se in eadem causa servum exhibiturum esse, in quâ tunc est, donec judicium accipiatur. a)

a) l. i. pr. b. s.

### TIT. X.

DE

**E**O, PER QVEM FACTUM,  
QVO MINUS IN JUDICIO  
QVIS SISTAT.

**Q**uemadmodum verò, qui in jus ibat, non debebat eximi; ita nec quovis modo eum impediri erat conveniens a) alias ACTIO IN FACTUM oritur, quæ hic est actio præatoria, personalis, poenalis, arbitratia adversus eum, qui dolo male impedit aliquem judicio sisti, ad id quod interest, competens.

a) l. i. pr. & s. seqq. b. s.

### TIT. XI.

**S**I QVIS CAUTIONIBUS IN JUDICIO SISTENDI CAUSA FACTIS NON OBTEMPERA, VERIT,

REO

**R**Eo sponte vadimonium deferente  
ACTIO a) adversus eum & fidejus-  
fores vel ad poenam, vel ad id quod inter-  
est, competit, nisi ob legitima impedi-  
menta b) venire non potuerit.

a) puta, vel ex stipulatu vel certi condicō.  
vid. C.J.A.b.t.n.24.

b) de quibus vide omnino l.2.§.3. & seqq.b.c.

Inter legitima impedimenta referun-  
tur FERIÆ.

### TIT. XII.

DE

### FERIIS ET DILATIONIBUS ET DIVERSIS TEMPORIBUS.

**F**ERIÆ sunt dies non juridici, à nego-  
tiis forensibus quieti. a)

a) l.7. C.b.t.

Dividuntur in SOLENNES (ordinariae,  
perpetuae) & MINUS SOLENNES  
(extraordinariae, temporales, repenti-  
nas.)

SOLENNES vel sunt SACRÆ vel  
PROFANÆ.

SACRÆ dicuntur, quæ cultui divino  
sunt dicatae.

PRO:

PROFANÆ, quæ hominis gratia sunt  
introductæ, vel ad necessitatem, vel ad  
utilitatem. a)

a) vid. C. J. A. b. t. tb. 4. Vinn. 4. part. jur.

10.

Cum FERIIS magnam cognitionem  
habet DILATIO.

Est autem DILATIO diei judicij pro-  
rogatio & diffusio. a)

a) l. 2. §. 3. n. si quis caut. in jud.

Dividitur variè a) præcipue verò in  
LEGALEM, CONVENTIONALEM &  
JUDICIALEM. b)

a) vid. C. J. A. b. t. tb. 23.

b) Vultej de jud. lib. 1. cap 7. n. 362.

Tantum de iis, quæ ACTIONEM  
COMPETENTEM præcedunt quoad  
REUM. Quoad ACTOREM fit illud  
per ACTIONIS EDITIONEM & PO-  
STULATIONEM.

### TIT. XIII.

DE

### E D E N D O .

EDITIO est simplex actionis designa-  
tio. a)

a) l. 1.

a) l. i. §. 1. pr. & §. 1. b. t.

Fit etiam per LIBELLUM, qui est scriptura, actionem continens. a)

a) cuius requisita recenset Hillig. ad Donell.  
lib. 23. cap. 4. lit. D. adde Nucleum meum  
Processus jud. part. 3. cap. 1. membr. 1. art. 1.  
q[uo]d. I.

Præter ACTIONEM nonnunquam RATIONES a) & INSTRUMENTA b)  
edi debent.

a) cum die & consule, ut calculus ritè ponatur.  
Frantz b. n. 13.

b) sine die & consule l. i. §. 2. b. t. quorum editionem reus ab auctore. l. 8. b. non vero auctor à reo petit. l. 4. §. fin. C b. t.

Cognito jure litigatorum ex ACTIONE edita, ingressus litis sæpe per PACTA & TRANSACTIONES fopit.

### TIT. XIV.

DE

### P A C T I S.

PACTUM est duorum plurium in idem placitum consensus. a)

a) l. i. §. 2. π. de pact.

Estque vel NUDUM, vel NON-NUDUM.

NU-

NUDUM est, quod in simplicibus conventionis finibus consistit. a)

a) adeoque jure civili neque obligationem neque actionem producit. l. 7. §. 4. π. de pact.

NON NUDUM, cui ultra simplices fines conventionis vis aliqua civiliter ac efficaciter obligandi extrinsecus accedit. a)

a) indeque civilem obligationem producit.  
l. 15. π. de P. V.

Idque iterum vel est CONTRACTUS, a) vel PACTUM LEGITIMUM, vel ADJECTUM.

a) quos merito pactorum appellatione intellegimus. Wesenb. b. n. 2. Vnn. tr. de pact. cap. 1. n. 5. 6.

CONTRACTUS est conventio propria sua vi obligationem ad agendum efficacem producens. a)

a) Ludv. vell. Exercit. 11. th. 2.

Dividitur variè. a)

a) qua de re vide Nucl. Inst. in §. fin. de Obl. & infr. Tit. de mort. infer.

PACTUM LEGITIMUM est pactum à speciali lege confirmatum. a)

a) ut: donatio l. 35. §. fin. C. de donat. dotis

C

pro-

promissio. l. 6. C. de dotis promiss. pactum usurarum. l. 30. w. de usuris. l. 12. C. eod. constitutum. t. t. n. & C. de pec. const.

**PACTUM ADJECTUM** est, quod contractibus vel IN CONTINENTI a) vel EX INTERVALLO b) adjicitur.

- a) sic est pars contractus ejusque actionem producit. l. 7. §. 5. x. de pact. l. 13. C. eod.
- b) sic pro nudo pacto habetur. d text.

**PACTA** etiam in EXPRESSA & TACITA, item in REALIA & PERSONALIA dividuntur. a)

- a) latè hæc persequitur Bach. in w. rubr. de divis. pact.

### TIT. XV.

#### DE

#### TRANSACTIONIBUS.

**TRANSACTIO** est rei a) dubiæ conventiona & non gratuita decisio. b)

- a) de qua specialiter non est facta prohibitio. Nam de controversiis ultimarum voluntatum ante inspectionem l. 6. b. t. alimentis ultima voluntate relictis sine interventu Prætoris l. 8. eod. delictis sanguinis paenam non ingerentibus. l. 18. C. b. t. transfigere non licet.

b) Vinn. tr. de transact. cap. I. §. 3.

Fit-

Fitque vel PACTO a) vel CONTRACTU, eoque vel NOMINATO, ut stipulatione, b) vel INNOMINATO. c)

a) v. g. cum quis ita paciscitur, ut certum quid accipiat & à lite discedat. l. 2. l. 15.  
b. t.

b) v. g. dabis centum, ut à lite discedam? l. 33. C. b. t.

c) v. g. cum aliquid sit vel datur litis finienda gratia d. l. 33. b. t.

Datur inde vel EXCEPTIO DOLI,  
vel ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS,  
vel ACTIO EX STIPULATU. a)

a) de his remediis vide Vinn. d. tr. cap. 2.

## LIB. III.

### TIT. I.

DE

### POSTULANDO.

POSTULAR E a) est desiderium suum vel amici in jure apud eum, qui jurisdictioni præst, exponere, vel alterius desiderio contradicere. b)

a) vid. Tit. de feriis in fin.

b) l. 1. §. 2. b. t. à quo diversa sunt, procuratorem esse vel adlocutum, prout ostendi in

C 2

N 2

Nucleo Processus jud. part. I. cap. 2.  
membr. 4.

POSTULANT omnes, qui nec EDICTO, nec LEGE, nec SENTENTIA prohibentur.

Inter eos, qui EDICTO prohibentur, INFAMES referuntur.

### TIT. II.

DE

### HIS, QVI NOTANTUR INFAMIA.

INFAMIA est existimacionis ob turpe factum contingens laesio. a)

a) vid. l. 5. 2. de extraord. cognit.

Estque vel JURIS vel FACTI.

INFAMIA JURIS est, quam jus ob turpe factum irrogat. a)

a) & vel immediate vel mediate, Dd. ad h. t. passim.

INFAMIA FACTI est, qua existimatio ob turpe factum apud honestos viros laeditur.

Differt ab INFAMIA LEVIS NOTÆ MACULA, quæ non ex turpi facto, sed vel

vel ex illegitimā nativitate, vel ex fordino vitæ genere oritur. a)

a) vid. Struv. b th. 20.

His, qui POSTULARE possunt, accedunt PROCURATORES, SYNDICI, NEGOTIORUM GESTORES.

### TIT. III.

DE

## PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.

**P**ROCURATOR est, qui sine mandato a) domini, b) aliena negotia administrat.

a) sic differt à *defensore*, qui sine mandato reum in judicio defendit l. un. C. de *satisfactio-* nisdat, negotiorum gestore, qui sua voluntate se immiscet. t. t. de neg. gest. tutor, cura- tor, qui legis autoritate aliena negotia gerunt.

b) Igitur non domini actores solùm consti- tuunt. s. fin. f. de *curator*.

Dividitur in SPECIALEM, qui ad cer- tas causas, & UNIVERSALEM, qui ad omnem causam vel CUM vel SINE LIBERA a) est constitutus.

a) an bene? vide Vinn. I. select. quæst. 9.

C 3

TIT.

## TIT. IV.

QUOD CUIUSQUE UNIVER-  
SITAT'S NOMINE VEL CON-  
TRA EAM AGATUR.

SYNDICUS est, qui ab Universitate ad  
res ejus administrandas est constitutus.

Constituitur à LEGE & UNIVER-  
SITATE. a)

a) l. 3. b. t. Est autem *Universitas* corpus ex  
distantibus corporibus collectum. vid.  
l. 30. n. de usucap. quod uti ex tribus ad  
minimum personis constitui potest. l. 85.  
n. de V. S. ibique Gædd. & Alberic. Gen-  
til. ita in una conservatur. l. 7. s. fin. n. b. t.

## TIT. V.

DE

## NEGOTIIS GESTIS.

NEGOTIORUM GESTOR est, qui  
aliena negotia sine mandato domini  
administrat.

Constituitur per GESTIONEM, quæ  
est quasi contractus bilateralis, bonæ si-  
dei, quo quis negotia alterius ignoran-  
tis a) gratis gerit.

a) præsentis & absentis l. 41. b. t. imo scientis,  
sed impedire non valentis.

Inde

Inde est ACTIO NEGOTIORUM  
GESTORUM DIRECTA & CON-  
TRARIA.

ACTIO NEGOTIORUM GESTO-  
RUM DIRECTA est actio civilis, per-  
sonalis, rei persequitoria, bonæ fidei,  
quā dominus contra gestorem, ut admi-  
nistrationis reddat rationem, retenta re-  
stituat, & damna data resarciat, expe-  
ritur.

ACTIO NEGOTIORUM CON-  
TRARIA gestori adversus dominum  
competit ad præstandum, quicquid eo  
nomine abest illi, vel absuturum est.

Sed personæ hactenus enumeratæ  
non debent CALUMNIARI.

TIT. VI.

DE CALUMNIATORIBUS.

CALUMNIARI a) est per mendaci-  
um agere vel excipere, ad negotium  
alicui faciendum. a)

a) vid. Duar. b. cap. 1.

Hinc nascitur ACTIO IN FACTUM  
DE CALUMNIATORIBUS, quæ est  
actio præitoria, personalis, mixta, arbi-

traria, adversus eum, qui ab alio, ut alterum in judicio vexaret calumiosè, vel à reo, ne se ita vexaret, pecuniam accepit, in quadruplum a) competens.

a) cui res accepta ineſt. l. p. 5. 1. b. t.

Tantum de PRINCIPIIS judicij quo ad ea quæ fūnt per ACTIONEM COMPETENTEM, nunc de iis videndum, quæ fūnt per ACTIONEM AMISSAM. a)

a) vid. Tit. si quis jus dicenti.

AMISSAM ACTIONEM Prætor ex equitate restituit.

## LIB. IV.

### TIT. I.

DE

### IN INTEGRUM RE- STITUTIONE.

**I**N INTEGRUM RESTITUTIO est redintegrandæ rei vel causæ actio. a)

a) Paul. I. Sent. 1. Per actionem & facultas im- petrandi redintegrationem (restitutionem), & ipsum factum redintegrationis intelligi potest. Hahn. ad VVeserb. b. n. 5.

Fitque ob METUM, DOLUM, Æ-  
TATEM, STATUS MUTATIONEM,  
ABSEN-

ABSENTIAM aliudve IMPEDIMENTUM & ALIENATIONEM JUDICII  
MUTANDI CAUSA FACTAM.

## TIT. II.

QUOD METUS CAUSA GE-  
STUM ERIT.

METUS est instantis, vel futuri per-  
culi causa mentis trepidatio.

- a) l. i. b. t. Requiritur hic, ut sit *præsens*. l. g.  
b. *justus* l. 6. eod. non vero *reverentialis*.  
l. 22. π. de R. N. vel *infamia*. l. 7. b. t.

A METU differt VIS, quæ est majo-  
ris rei impetus, qui repellere non potest. a)

- a) Vim hic intelligimus *compulsivam*, non  
expulsivam, offensivam, ablativam, vel  
turbativam. Scotan. b. t.

Exinde ACTIO QUOD METUS  
CAUSA & EXCEPTIO METUS oritur.

ACTIO QUOD METUS CAUSA  
est actio præatoria, personalis, in rem scri-  
pta, rei persecutoria a) arbitraria, quæ  
datur adversus eum, qui rem extortam  
possidet, ut res ablata restituatur.

- a) ab *initio sc. & sui naturæ*. Nam propter  
contumaciam rem non restituentis actio  
hæc in quadruplum crescit. l. 14. §. 3. b. t.  
§. 27. f. de actione.

EXCEPTIONEM METUS vide infra. a)

a) sub Rubr. *de dolimали & met. except.*

TIT. III.

DE

DOLO MALO.

DOLUS est malitiosa affectatio, quā alterius fraudandi gratiā vel falsum simulatur, vel verum dissimulatur. a)

a) Freher. lib. 3. de existimat. c. 10. n. 1. Hinc ab eo differt, qui vel ex re l. 36. π. de V. O. vel ex proposito l. 6. C. b. t. venit.

Inde ACTIO & EXCEPTIO DOLI datur.

ACTIO DOLI est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, arbitraria, quæ datur adversus decipientem dolomalo a) in id quod interest, se deceptum non esse.

a) puta si sit *incidentis*, secus, si sit *dans causam contractui*, nisi inter bonæ fidei & stricti juris actiones distinguere velis. Vinn. I. select. qv. 12.

EXCEPTIONEM DOLI habebis infra. a)

a) sub d. rubr. *de dolimали & met. except.*

TIT.

## TIT. IV.

DE

## MINORIBUS XXV. ANNIS.

**M**INOR XXV. ANNIS vel aetatis facilitate vel adversarii malitia læsus  
EXTRAORDINARIA PERSECUTIONE a) restitutionem petit.

- a) l. 24. §. fin. b. t. quod hic est singulare.  
Nam in ceteris restitutionibus ipse Praetor non restituit, sed judicem dat pedaneum. Franz, *ad Tit. de in integr. restit.* num. 43.

## TIT. V.

DE

## CAPITE MINUTIS.

**C**APITIS DEMINUTIO est prioris status mutatio.

Eaq; vel MAXIMA, quæ libertatem, vel MEDIA, quæ civitatem, vel MINIMA, quæ familiam mutat. a)

- a) pr. & §. 1. 2. 3. f. b. t. vide quæ ibi eleganter tractat Hortens.

Ob MINIMAM datur hic ACTIO IN FACTUM, quæ est præatoria, personalis, perpetua, rei persecutoria, qua creditur.

tores, qui ob debitoris capitnis deminutionem minimam a) actionem amiserunt, quasi ea non sit amissa, ad petendum debitum experiuntur.

a) non ob *maximam* vel *mediam*, quia qui eas patiuntur, conveniri planè non possunt. l. 2. b. t.

## TIT. VI.

EX QVIBUS CAUSIS MAJORES  
VIGINTI QVINQUE ANNIS RE-  
STITUUNTUR.

**C**Ausa, ex qua MAJORES restitutur, vel est SPECIALIS, ut ABSEN-  
TIA; vel GENERALIS, nempe QVOD-  
VIS JUSTUM IMPEDIMENTUM. a)

a) l. 1. §. 1. l. 2. §. fin. b. t.

Datur inde vel EXCEPTIO a) vel ACTIO RESCISSORIA.

a) l. 18. §. 5. b. t.

ACTIO RESCISSORIA est actio præ-  
atoria, realis, a) rei persecutoria, arbitra-  
ria, ad rem verè usucaptam, tanquam  
non usucaptam, à posseſſore avocandam  
competens, b)

a) &c

a) & interdum *personalis*, Bach. in *n. b.t. cap.*

*4.p.m.102.*

b) Novo jure hac actione non est opus ob *re-*  
*medium l. 2. C. de annal. except.*

## TIT. VII.

DE

ALIENATIONE JUDICII MU-  
TANDI CAUSA FACTA.

**A**LIENATIO a) JUDICII MUTAN-  
DI CAUSA substitutionem durioris  
adversarii b) ab eo, qui vindicationem me-  
tuit, dolo malo factam continet,

a) inter vivos l. 8, §. 3. b. i. dolosa l. 1. pr. l. 4.  
§. 1. eod.

b) modo is sit *privatus*. Nam si est *persona*  
*publica*, nulla est alienatio. l. 2. C. ne liceat  
potent.

Unde ACTIO IN FACTUM præto-  
ria, personalis, rei persecutoria, arbitra-  
ria ei, qui per hujusmodi alienationem  
laetus est adversus alienantem ad omne id  
quod interest a) competit.

a) secus ac *utilis rei vindicatio*, quæ ad restitu-  
tionem datur. Hahn. ad *VVeschnb.* b. n. 6.  
verb. *vindicationis judicium*.

Hucusque de PRINCIPIIS JUDICII

C 7

quoad

quoad LITIGANTES, qui in JUDICIO experiuntur, a) EXTRA JUDICIUM illud fit per ARBITROS. Hinc sunt duo DE RECEPTIS Edicta, alterum ad ARBITROS, alterum ad alios homines, puta nautas, caupones, stabularios pertinet.

a) vid. Tit. *Si quis jus dicent. non obtemp. in fin.*

TIT. VIII.  
DE  
RECEPTIS, QVI ARBITRIUM  
RECEPERUNT UT SENTEN-  
TIAM DICANT.

**A**RBITRI sunt quasi judices ex conventione partium officium judicandi in se recipientes.

Conventio illa dicitur COMPRO-  
MISSUM, quo litigantes se Arbitri sententiæ stare velle, Arbitrerque se sententiā dicturum esse, promittunt.

Dividitur in PLENUM & MINUS PLENUM.

PLENUM in quo vel uterque in causa non secundæ partitionis promittit pos-

itam;

nam; vel illud doli clausulam habet adjectam a)

a) l. ii. §. 2. l. 31. π. b.t.

**MINUS PLENUM** est, in quo ē contrario vel alteruter saltem promittit poenam, vel cui doli clausula non est adiecta. a)

a) C. J. A. b. t. apb. 2. & seqq.

Oritur inde vel **EXCEPTIO PACTI**, si pacto simplici compromiserunt partes, a) vel **ACTIO EX STIPULATUM** ad poenam, si sit promissa, tum ad id quod interest. b)

a) l. 5. C. b.t.

b) l. 25. S. fin. π. b.t. quod ita se habet ex parte litigantium. Arbitr̄ verò ad dicendam sententiam vel mulctæ indictione, vel pignoribus captis, cogi potest. l. 3. §. 1. l. 32 §. 12. π. b.t.

### TIT. IX.

**NAUTÆ, CAUPONES, STABULARII UT RECEPTA RESTITUANT.**

**D**uo hic occurunt Edicta: Altero cavetur, ut si nautæ, caupones, stabu-

bularii, quod eiusque salvum fore receperint, non restituant, actione conveniantur. a) Altero verò, si furtum, damnumve injuria datum ab iis, quorum opera & ministerio nautæ, caupones & stabularii in nave, capona & stabulo utuntur, esse dicetur, in factum exercitores, caupones & stabularios in duplum judicium competit. b)

a) l. 1. pr. h. t.

b) Hoc Edictum in π. non reperitur, sed Baro sic restituit, ut refert Wesenb. b.l. n.8.

Inde duplex est actio. Ex priori Edicto ACTIO DE RECEPTIS oritur, quæ est actio præatoria, personalis, rei persecutoria, stricti juris, quâ vectores & hospites à navium, cauponiarum & stabulorum exercitoribus res ab illis receptas repetunt.

Ex posteriori venit ACTIO IN FACTUM præatoria, personalis, pœnalis, vectoribus & hospitibus ob furtum vel damnum ipsis in nave, capona vel stabulo ab illis, qui habitandi vel operarum præstandarum gratia ibi sunt, factum,

etum, contra exercitores in duplum a)  
competens. b)

a) quod an mera poena sit, accuratè ostendit  
Dn. Schvvendend. *ad Ecclesi. b.t. §.6.*

b) vid. omnino Lauterb. *in tract. Sjnopt. ad b.t.*

Sic fuerunt JUDICIORUM PRINCIPIA. Jam ad ipsa JUDICIA compilatores progrediuntur. a)

a) vid. *Tit. de R. D.*

## LIB. V.

### TIT. I.

DE

## JUDICII, ET UBI QVISQUE AGERE VEL CONVENIRI DEBEAT.

JUDICIUM est legitima rei controversiae inter litigantes apud judicem tractatio. a)

a) Cujac. Duaren. Wesenb. *b.t. in pr.*

Differt à PROCESSU ut Modus à Rea). Nam Ille disceptandi ordinem; Judicium verò ipsam disceptionem significat. b)

a) Dn. Schilter *ad Tit. 28. de jud. §. 5.*

b) Vul-

b) Vultejus de *judiciis lib. 2. cap. 1. n. 1.*

Dividitur variè. a)

a) vid. Vultej. 1. de *judiciis. 2. per tot.*

Constituitur per LITIS CONTESTATIONEM, quæ est judicij suscepti utrinque facta professio. a)

a) *l. un. C. de litis contest. l. 14. §. 1. verb. poss narrationem propositam & contradictionem objectam. C. de judic. Vigel. tr. de litis contest. cap. 1.*

Instituitur apud JUDICEM COMPETENTEM, ut reus ibi sortiatur forum. a)

a) *l. 2 C. de jurisdict.*

Sed sortitur illud reus vel ex JURE COMMUNI, vel ex JURE SINGULARI.

JURE COMMUNI acquirit illud ratione DOMICILII, CONTRACTUS, REI SITÆ, DELICTI, & CONNEXITATIS CAUSARUM.

JURE SINGULARI vel ratione PERSONARUM a) vel CAUSARUM b) conceditur.

a) vid. *l. un. C. quand. Imp. int. pupill. & vid. autb. habita. C. ne filius pro patre.*

b) vid.

b) vid. t. t. C. ubi causa statuſ. t. t. C. ubi cauſ.  
ſiſc.

Tractant verò JUDICIA & PRIVATAS & PUBLICAS CAUSAS.

CAUSÆ PRIVATÆ vel sunt PRIMÆ  
vel SECUNDÆ INSTANTIÆ.

ILLÆ de CIVILIBUS & CRIMINALIBUS agunt negotiis.

Quæ de CIVILIBUS negotiis agunt  
vel sunt JUDICIA CIVILIA vel PRÆTORIA.

CIVILIA in REALIA & PERSONALIA dividuntur.

Quorum ILLA vel UNIVERSALIA  
vel SINGULARIA habentur.

UNIVERSALIA sunt, in quibus de  
universitate bonorum, veluti hereditate,  
agitur. a)

a) ideo sic appellata, quia res huc pertinentes  
ultra sui quantitatemi alicui lucrosæ &  
damnosæ esse possunt. Biccus ſed. 3. rer.  
quotid. apb. 5.

HEREDITAS est jus in re universale,  
quo bona defuncti ad nos pertinere affe-  
rimus. a)

a) vid. Hahn, tr. de jure rer. Concl. 63.

De-

Defertur vel DIRECTO vel OBLIQUE.

Et DIRECTO vel JURE CIVILI vel PRÆTORIO.

JURE CIVILI datur HEREDITATIS PETITIO vel QUALIFICATA; ut QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI, vel SIMPLEX; ut HEREDITATIS PETITIO in specie.

### TIT. II.

DE

### INOFFICIOSO TESTAMENTO.

**Q**VERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI est actio civilis, realis, rei persecutoria, bonæ fidei, qua ritè a) quidem sed inique exheredatus b) agit contra scriptum heredem, c) ut testamentum rescindatur, d) & rescisso testamento hereditas restituatur.

a) ne nullum reddatur testamentum. pr. 3. de exhered. lib.

b) vel præteritus à matre vel avo materno. Id enim tantum præstat, quantum patris exhereditatio. § fin. J. cod.

c) me-

- c) modo adita sit hereditas l. 8. §. 10. *z. & t.*  
*36. §. 2. C. h. t.*
- d) antiquo jure *in totum*, d. l. 8. §. *pen. h. t.*  
 novo tantum *quoad institutionem hereditatis*  
*Nov. 115. cap. 3.*

## TIT. III.

DE

## PETITIONE HEREDITATIS.

PETITIO HEREDITATIS est actio  
 civilis, realis, a) rei persecutoria, bona  
 ñe fidei b) qua heres hereditatem ab eo,  
 qui pro herede vel pro possessore c) pos-  
 sident, sibi restitui petit.

- a) *mixta* vocatur in l. 7. C. h. t. non ratione  
*cause efficientis*, sed *objecti & finis*, & *ac-  
 cidentaliter* ob *præstationes personales*,  
 quæ interdum haic actioni insunt. l. 18. l.  
*25. §. pen. h. t.*
- b) *irregularis*, quia non ex negotio bilate-  
 rali oritur, quod alias actionum bonae fidei  
 est proprium. vid. Nucl. Inst. ad § 28.  
*de action. lit. 9. 9.* sed speciali lege inter  
 bona fidei judicia fuit relata. d. §. 28. in  
*fin. J. de action.*
- c) quis pro herede & pro possessore possideat,  
 vid. in §. 3. *J. de interdit.* l. 11. l. 12. b. t.

TIT.

## TIT. IV.

SI PARS HEREDITATIS  
PETATUR.

Procedunt ista, sive HEREDITAS EX ASSE, sive EX PARTE, petatur. a)

a) quia quod juris est in toto quoad totum,  
id juris est in parte quoad partem. l. 76. n.  
*de R. V.*

JURE PRÆTORIO datur POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIO.

## TIT. V.

DE

## POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIONE.

POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIO est actio præatoria, realis, rei persecutoria, bonæ fidei, quâ bonorum possessor hereditatem ab eo, qui pro herede vel pro possessore possidet, sibi restituui petit. a)

a) per hanc igitur actionem tantundem consequitur bonorum possessor, quantum superioribus civilibus actionibus heres consequi potest. l. fin. b. t.

OBLIQUE COMPETIT FIDEI-  
COM-

COMMISSARIA HEREDITATIS  
PETITIO.

## TIT. VI.

DE

FIDEICOMMISSARIA HE-  
REDITATIS PETITIONE.

**FIDEICOMMISSARIA HEREDI-**  
**TATIS PETITIO** est actio civilis a)  
realis, rei persecutoria, bona fidci, qua  
is, cui ex fideicommisso restituta est he-  
reditas ab eo, qui pro herede vel pro  
possessore possidet, b) ejus possessionem  
sibi restitui petit.

a) vid. omnino Dn. Schvendend. ad Eccolt.  
b. t. *verb. ad rationes Vesenbeccii.*

b) nam adversus eum, qui restituit heredita-  
tem, non competit hæc actio. l. 3. s. 1. b. t.  
sed vel *extraordinaria persecutione* l. 178.  
§. 2. w. de V. S. vel *actione ex testamento*  
juxta diversitatem reliqui fideicommissi  
vel universalis vel particularis est utendum:

**JUDICIA SINGULARIA**, vel pro  
**REBUS CORPORALIBUS**, vel IN-  
**CORPORALIBUS** competunt. a)

a) vid. Tit. de judic.

PRO REBUS CORPORALIBUS da-  
tur REI VINDICATIO CIVILIS &  
PRAETORIA.

LIB. VI.

## LIB. VI.

## TIT. I.

DE

## REI VINDICATIONE.

**R**EI VNDICATIO a) CIVILIS est actio realis, rei persecutoria, arbitaria, quâ rem nostram ex jure dominii à quovis possessore b) petimus.

a) *propria sc. & specialis.* Generaliter enim quamvis actionem realem significat. §. 14.  
*f. de action.*

b) latè sc. accepto hoc vocabulo pro *detentore quobis* etiam *nudo*, veluti depositario, commodatario, conductore l. g. z. de R. V. qui tamen nominatis authoribus liberantur l. z. C. ubi in rem *actio*. fecus quam *possessor*, qui facta litis denunciatione, in lite manet.

REI VNDICATIO PRÆTORIA vel est ACTIO PUBLICIANA, vel ACTIO, SI AGER VECTIGALIS.

## TIT. II.

DE

## PUBLICIANA IN REM ACTIONE.

**A**CTIO PUBLICIANA est actio prætoria, realis, rei persecutoria, arbitra-

traria, quâ rem à non domino ex justâ causâ bonâ fide acceptam & nondum usucaptam ab ejus possessore a) petimus.

a) modo *infirmius* *jus* habet, quam petitor,  
Unde hæc actio neque contra titulo possi-  
denter, neque contra verum competit  
dominum. l. 9. §. 4. l. fin. b. t.

## TIT. III.

SI AGER VECTIGALIS ID EST  
EMPHYTEUTICARII PE-  
TATUR.

**A**CTIO SI AGER VECTIGALIS a)  
est actio prætoria, realis, rei persecu-  
toria, arbitaria, qua rem emphyteutica-  
riam ex jure emphyteuticario b) à quo-  
cunque possessore petimus.

a) i. e. Rei vindicatio utilis.

b) quod *ret traditione* est *constituta*. *Pro-*  
*missa* enim solum *emphyteusi*, personali  
actione, quæ emphyteuticaria audit, ex-  
periundum. §. 3. *J. de Locat. & cond.*

Pro REBUS INCORPORALIBUS  
ACTIONE CONFESSORIA & NE-  
GATORIA UTIMUR, quæ de servitu-  
tibus sunt introductæ.



SER.

SERVITUS est jus a) in re alienâ ad alterius utilitatem b) constitutum.

a) i. e. *qualitas moralis*, non *privatio*. Strauch.  
*dissert. 7. th. 3.*

b) sub quâ *amænitas* comprehenditur, ut in servitute prospectus *l. 15. de S.U.P. l. 13. l. 11.*  
*l. 22. l. 23. l. 24. de S. U. P. Rittersh. ad pr. J. de Serb. in fin.*

Dividitur in PERSONALEM & RE-  
ALEM. a)

a) *l. 1. π. de serbit. l. 20. §. ult. de S.R.P.*

SERVITUS PERSONALIS est, quâ  
res personæ servit.

Estque vel PLENA, ut: USUFRU-  
CTUS, vel MINUS PLENA, ut: USUS,  
HABITATIO, & JUS OPERARUM  
SERVILIJM.

## LIB. VII.

### TIT. I.

DE

USUFRUCTU ET QVEMAD-  
MODUM QVIS UTATUR  
FRUATUR.

U

USUFRUCTUS est jus alienis rebus  
uten-

utendi fruendi, salvâ rerum substantiâ. a)

a) Verba hæc potissimum vero usufructui competunt; rectè tamen in definitione generis analogi retineri, quæ potentioris sunt speciei, monet Strauch. in d. differt.  
tb. 19.

Estque vel VERUS vel QVASI.

VERUS est, qui ex rebus non consumilibus constat.

Et consideratur vel quoad ADQUISITIONEM, vel quoad AMISSIIONEM.

ADQVIRITUR JURE ACCRESCENDI & LEGATO.

### TIT. II.

DE

### USUFRUCTU ACCRESCENDO.

**A**CCRESCIT ususfructus, si pluribus conjunctim legetur, & unus ex illis deficiat. Circa quam rem hæc singularia occurunt. Nam & amissus accrescit a) & portio ei qui suam amisit, accedit. b) Unicetiam usufructu, alteri fun-

D 2 do

do legato, utriusque legatus ususfructus intelligitur. a)

a) intellige postquam semel est adquisitus, se-  
cus ac *proprietas*, quia ususfructus quoti-  
diè constituitur & legatur, proprietas ve-  
ro eo solo tempore, quo vindicatur. l. 1.  
§. 3. b. t.

b) ususfructus enim non *rei* sed *persona* co-  
haret. l. 10. *in fin* b. t.

c) l. 3. §. *fin*. l. 9. b. t.

### TIT. III.

## QUANDO DIES USUSFRU- CTUS LEGATI CEDAT.

**L**Egatur ususfructus, si heres insi-  
tuitur in proprietate, & legatario re-  
linquitur ususfructus, a) Quod sit vel  
pure, vel cum adjectione diei aut con-  
ditionis. Sin pure ab aditâ hereditate;  
b) si non pure veniente die vel condi-  
tione dies cedit.

a) §. 1. *J. de Usufr.*

b) l. un. §. 1. b. t. ubi ratio, vid. l. 16. 18. et. al.  
*ann. legat.*

TIT.

## TIT. IV.

**Q**UIB US MODIS USU SERU-  
CTUS VEL USUS AMITTITUR.

**A**MITTITUR ususfructus morte usu-  
fructuarii, capit is deminutione ma-  
ximâ & mediâ, non utendo per mo-  
dum & tempus, consolidatione, interitu  
rei, adjecti temporis vel conditionis ex-  
istentiâ. a)

a) *S. pen. J. de usufro.*

## TIT. V.

DE

**U**SUFRUCTU EARUM RE-  
RUM, QUÆ USU CONSUMUN-  
TUR ET MINUUNTUR.

**Q**VASI USUFRUCTUS est, qui  
ex rebus consumptilibus a) con-  
stat, b)

a) etiam *vestimentis*, quæ in *quotidiano* sunt  
usu, secus si *rarisimè* iis utamur. §. 2. *J.*  
*J. de usufro. l. 15. §. 4. & s. m. eod. Scotan.*  
*h. l.*

b) Unde à *vero usufructu* sic differt, quod *ve-*  
*rus* non sit pars dominii, sed servitutis. *l. 15.*  
*¶. de V. S. quasi vero non est pars servitu-*

tis, sed dominii, quia per eum dominium  
transfertur. l. 7. b. t.

## TIT. VI.

**SI USUSFRUCTUS PETATUR,**  
VEL AD ALIUM PERTINERE  
NEGETUR.

**A**nnectuntur his duæ actiones, omnibus servitutibus & personalibus & realibus convenientes: ACTIO CONFESSORIA & NEGATORIA.

ACTIO CONFESSORIA est actio civilis, realis, rei persecutoria, arbitraria, qua quis servitutem a) in alieno sibi competere intendit.

a) qua hic non *objicitur* sed *defensivè* & *affirmativè* accipitur. Non enim servitus, sed liberum ejus petitur exercitium. Dn. Schyven-  
dend. *in not. ad Eccolt. Tit. si ususfr. pet. verb. producit iste actionem.*

ACTIO NEGATORIA a) est actio civilis, realis, rei persecutoria, arbitraria, qua servitutem à re nostra alteri deberi negamus.

a) alias *contraria* dicitur in l. 8. m. *si serv. bind.*

## TIT.

## TIT. VII.

DE

## OPERIS SERVORUM.

**J**US OPERARUM SERVILIUM est  
jus omnem utilitatem a) ex operis servi  
alieni percipiendi.

a) hinc ab *usu* & *usufructu* alieni servi differt.  
Nam *usus* quotidianam solum necessita-  
tem respieit; *usufructus* vero acquisitio-  
nem ex duabus causis, ex operis & re no-  
stra, continet. §. 3. *J. per quas pers. cuique adquir.*

## TIT. VIII.

DE

## USU ET HABITATIONE.

**U**SUS est jus alienis rebus utendi a) fal-  
va earum substantia.

a) non fruenda. Nam minus juris est in *usu*  
quam in *usufructu*. §. 1. seqq. *J. b. t.*

**H**ABITATIO est jus alienas aedes in-  
habitandi & omne commodum inde  
percipiendi. a)

a) magis in *facto* quam in *jure* consistit. Hor-  
tensi. ad §. fin. *J. b. t.*

Cæterum in UTROQUE USUFRU-  
CTU a) CAVENDUM.

D 4

a) sed

a) sed & in reliquis servitutibus personalibus. Franz. b.

## TIT. IX.

## USUFRUCTUARIUS QVEMADMODUM CAVEAT.

IN VERO de utendo fruendo boni viari arbitratu & restituendo a) in QVA SI de restituendo tantum b) præstatur cautio.

a) l. i. pr. & s. 6. b. t.

b) s. 2. f. de usufr.

## LIB. VIII.

## TIT. I.

DE

## SERVITUTIBUS.

SERVITUS REALIS est, quæ res reia servit.

a) Requiruntur igitur duo prædia s. 3. f. b. t. diversa l. 26. m. de s. u. p. vicina l. 38 m. d. t.

Dividitur in URBANAM, quæ prædio urbano, & RUSTICAM, quæ prædio rusticæ a) debetur.

a) Pradium urbanum & rusticum non locus,

sed

sed *materia* facit. l. 98. *ad V. S.* Nam ad usum quem præstant, respiciendum est, qui si est *urbanus*, in habitando, recreando, mercando consistens, urbanum; si *ruficu*s, in collectione fructuum, cultura agrorum, receptione pecorum utilitatem præstans, rusticum facit prædium.

## TIT. II.

DE

SERVITUTIBUS URBANORUM  
PRÆDIORUM.

SERVITUTES URBANÆ sunt: One-  
ris ferendi, tigni immittendi, stillici-  
dii vel fluminis recipiendi aut non re-  
cipiendi, altius tollendi vel non tollen-  
di, ne luminibus officiatur, lumen,  
&c. a)

a) s. i. f. de servitut.

## TIT. III.

DE

SERVITUTIBUS RUSTICORUM  
PRÆDIORUM.

SERVITUTES RUSTICÆ sunt: Iter,  
actus, via, aquæ ductus, aquæ hau-  
sus,

D 5

stus, pecoris ad aquam appulsus, jus pa-  
scendi, calcis coquendæ, arenæ fodien-  
dæ &c.

a) pr. & §. 2. f. d. t.

#### TIT. IV.

### COMMUNIA PRÆDIORUM TAM URBANORUM QUAM RU- STICORVM.

**C**OMMUNIA dictarum servitutum  
earum CONSTITUTIONEM,  
CONSERVATIONEM & AMISSIO-  
NEM respiciunt. a)

a) Franz. l. n. 2.

**C**ONSTITUUNTUR a) tam inter-  
vivos b) quam mortis causa. c)

a) *Constitutio cum promissione* hic concurrit,  
secus ac in servitutibus personalibus.  
Reales enim *negatib;*, personales *positib;*  
*constituuntur.* Hahn ad *Vvesenbo*  
*b. n. 5.*

b) pactis, stipulationibus. §. fin. f. de servit.  
adjudicatione l. 22. §. 3. w. fam. ercisc. l. 18.  
w. comm. divid. præscriptione l. 10. w. si  
serv. bind. ad quam titulo opus non est.  
Bach. ad *Treutl.* Vol. 1. disp. 17. tb. 9. lit. B.  
Franz. Exerc. q. 4.

c) te-

c) testamento, codicillis, mortis causa donationibus. d. §. fin. f. de Serb.

## TIT. V.

SI SERVITUS VINDICETUR  
VEL AD ALIUM PERTINERE  
NEGETUR.

CONSERVANTUR per ACTIO-  
NEM CONFESSORIAM, cui NE-  
GATORIA a) opponitur. b)

- a) Dicuntur hæ actiones non ex conceptione  
serborum, sed ex re & eo quod effectu in-  
tenditur. Vinn. ad s. 2. f. de act. n. 3.  
b) de his ad Tit. VI. lib. sup. actum fuit.

## TIT. VI.

QUEM ADMODUM SERVITU-  
TES AMITTUNTUR.

AMITTUNTUR servitutes confusio-  
ne a) rei interitu, b) remissione c) non  
usu, d)

a) l. 1. b. t. l. 8. §. 1. de serbit. modo sit perpetua.  
l. 18. d. t.

b) totali sc. ut prædium restituī nequeat. l. 14.  
b. t.

c) vel expressa l. 14. §. 1. b. vel tacita. l. 8.  
cod.

D 6

d) in

d) intellige *privatib[us]*, qui solus in servitutibus rusticis sufficit; ast in urbanis & libertatis usucapio requiritur l. 18. §. 2. b. t. l. 6. n. de s. p. u.

**REALIBUS JUDICIS** ita traditis, nunc quædam subjiciuntur, quæ vel his sunt **ADFINIA**, vel ut **ACCESSORIA** accedunt.

**ADFINIA** sunt **JUDICIA NOXALIA** & **ACTIONES DUPLICES**.

**JUDICIA NOXALIA** vel sunt **CIVILIA** vel **PRÆTORIA**.

**NOXALIA CIVILIA** sunt **ACTIO DE PAUPERIE** & **ACTIO L. AQVILÆ**.

## LIB. IX.

### TIT. I.

**SI QVADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.**

**A**CTIO DE PAUPERIE est actio ci- vilis, personalis, rei persecutoria, arbitaria, qua ob damnum à quadrupede contra naturam facientem a) sponte commoto, b) illatum, convenitur dominus istius animalis, ut aut animal, quod

no-

nocuit, dedat, aut æstimationem noxæ solvat.

- a) non *singularem* individui nocentis, sed *communem* speciei sive generis. Thomæ de noxa animæ. cap. 3. n. 70.
- b) Hinc si alia quadrupes aliam concitavit, dominus non *concitate* sed *concitantis* tenetur. l. 1. §. 9. b. t. l. 1. b. t.

## TIT. II.

## AD LEGEM AQUILIAM.

**A**CTIO L. AQUILIAE est actio civilis, personalis, rei persequitoria, a) arbitraria, de damno à damnificante resarciendo competens.

- a) ratione ejus, quod per damnum abest. Hinc etiam concepta dicitur *in simplam*, quia nunquam egreditur æstimationem rei damnificatæ. Quatenus vero excedit eam, quæ fuit tempore damni facti, eatenacum quoque *mixta* appellatur §. 9. t. b. t. §. 19. J. de act. Bach. de act. disp. 5. th. 21.

Dividitur in DIRECTAM, UTILEM & IN FACTUM SUBSIDIARIAM. a)

- a) de his vid. Nucl. Infl. b. t.

NOXALIA PRÆTORIA sunt  
ACTIO DE DEJECTIS vel EFFUSIS  
& DE POSITO vel SUSPENSO.

TIT. III.  
DE  
**HIS QUI EFFUDERINT VEL  
DEJECERINT.**

**A**CTIO DE DEJECTIS vel EFFUSIS est actio prætoria, personalis, poenalis, arbitraria, læsis adversus inhabitatores ædium ad damnum a) per dejectionem vel effusionem in locum, quo vulgo iter fieri solet, illatum, vindicandum competens.

a) quod si in re *affimabili* datur, in duplum, si in re *inæffimabili* vel ad 50 aureos, vel ad id, quod judici *æquum & bonum* visum fuit, competit s. i. *J. de obt. que ex delitt.*

**ACTIO DEPOSITO & SUSPENSO** est actio prætoria, personalis, poenalis, arbitraria, quæ in 10. aureos adversus eos datur, qui in loco, quo vulgo iter fieri solet, aliquid periculoſe positum vel suspensum habent.

Prædictis ACTIONES NOXALES in genere subjiciuntur.

TIT.

## TIT. IV.

DE

## NOXALIBUS ACTIONIBUS.

ACTIONES NOXALES sunt actiones personales, arbitrariæ, quæ ex delictis servorum privatis a) dantur adversus dominos b) ut servum vel noxæ defendant, vel estimationem c) præstent.

a) nam ex delictis publicis servi ipsi accusantur. l. 11. §. fin. π. de accusat. l. 2. C. eod.

b) quamdiu servum possident. Sed si alienatus vel manumissus fuit, noxa computatur sequitur. s. s. J. h. 1.

c) quæ sola est in obligatione. Noxæ enim deditio, lege ita disponente, est in solutione l. 6. §. 1. de re jud.

ACTIONES DUPLICES a) sunt ACTIO FINIUM REGUNDORUM, FAMILIAE ERISCUNDÆ, COMMUNI DIVIDUNDO.

a) in quibus par causa omnium videtur, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet. Placuit tamen, eum videri actorem, qui ad judicium provocavit, l. 13. π. de jud. s. pen. J. de inscrd.

LIB.

## LIB. X.

## TIT. I.

## FINIUM REGUNDORUM.

**A**CTIO FINIUM REGUNDORUM est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei a) quâ inter eos agitur, qui confines agros b) habent, ad fines c) discernendos, si sunt *confusi*: Nam alias hæc actio etiam ad novorum finium *constitutionem* datur l. 2. §. 1. b. t. & interesse præstandum.

a) vid. Nucl. Inst. ad §. 18. de *actione*.

b) Pertinet hæc actio ad *rufica non urbana* prædia, quæ parietibus satis distinguntur l. 4. §. 10. b. t.

c) Ex L. 12. tabb. de spatio 5. pedum hæc actio solum competit, quod in l. pen. C. fin. regund. est mutatum. vid. Franz. *ibid.*

## TIT. II.

## FAMILIAE ERCISCUNDÆ.

**A**CTIO FAMILIAE ERCISCUNDÆ est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quæ competit coheredibus a) ad divisionem rerum b)

here-

hereditariarum c) & ad præstationes personales.

- a) adversus se invicem, etiam si non possident hereditatem, modo eam adierint l. 25. §. 2. in fin. b. t. Ergo non datur adversus extraneum l. 1. eod. nec contra singularem successorem, eum puta, qui pro emptore vel pro donato possidet l. 25. §. 7. eod.
- b) Ad *nomina* igitur non pertinet, l. 6. C. b. t. quippe quæ jam ipso jure sunt divisa. d. l. & l. 2. §. fin. b. t.
- c) Hinc saepius institui nequit, secus ac petitio hereditatis l. 9. π. de except. rei jud. & actio communis dividendo. l. 20. §. 4. π. b. t.

### TIT. III.

#### COMMUNI DIVIDUNDO.

**A**CTIO COMMUNI DIVIDUNDO est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quæ socii agunt ad rei communis particularis divisionem a) & ad præstandas præstationes personales.

- a) sic differt ab *actione profacio*, quæ ad rerum inferendarum communicationem, & ad præstationem ejus, quod ex causa societatis ad alterum pervenit, datur l. 25. §. 8. l. 74. π. *profacio*.

Hac

Hæc de ADEFINIBUS JUDICIORUM REALIUM, sequuntur ACCESORIA, quæ ipsis inserviunt vel PRÆPARANDO vel SUPLENDO.

PRÆPARANDO illud contingit per ACTIONEM AD EXHIBENDUM, ACTIONES INTERROGATORIAS & ea quæ ad CONTINENTIAM CAUSARUM pertinent.

#### TIT. IV. AD EXHIBENDUM.

**A**CTIO AD EXHIBENDUM est actio personalis a) civilis, rei persecutoria, stricti juris, quæ is cuius interest b) agit contra detentorem ut res exhibeat, ejusque videndæ & apprehendendæ copia fiat, c)

- a) non ex *quasi contractu*, ut existimat Wessenh. b. n. 2. Vultej. I. Jurispr. Rom. 42. in fin. Ludvvell. ad §. 31. f. de action. n. 11. sed ex *equitate*. Franc. b. n. 7.
- b) peculiariter sc. ob peculiare jus in re vel ad rem. l. 13. b. 7.
- c) quo ei experiundi sit copia l. 1. b. 7. Sic differre hanc actionem ab *actione de edendo*, per se est manifestum.

## LIB. XI.

## TIT. I.

DE

INTERROGATIONIBUS IN  
JURE FACIENDIS ET INTER-  
ROGATORIIS ACTIONIBUS.

**A**CTIO INTERROGATORIA est actio personalis prætoria, quâ interrogans agit adversus interrogatum de eo a) ad quod confitens suâ confessione sese adstrinxit.

- a) Differt ab *actione de confessis*, quæ non de actione principali fundandâ, sed de ea finienda competit t. t. π. de confess.

## TIT. II.

DE

QUIBUS REBUS AD EUN-  
DEM JUDICEM EATUR.

**C**ONTINENTIA CAUSÆ est controversiae in uno judicio terminandæ cohærentia. a)

- a) Nam causa continentia non debet dividiri. l. 10. C. de jud. & præstat per pauciora quid fieri quam per plura arg. l. 39. §. 1. π. de appellat.

Gen.

Contingit vel respectu PERSONARUM, vel RERUM, vel ACTIONIS. a)

a) Mindan. *de contin. caus. c. 1. n. 8.*

SUPPLENDΟ conductunt, judicium DE SERVO CORRUPTΟ cum suis adfinibus, RENUNCIATIO FALSI MODI IN MENSURATIONE, & ea quae DE RELIGIOSIS subjiciuntur.

### TIT. III.

DE

### SERVO CORRUPTO.

**A**CTIO DE SERVO CORRUPTO est actio prætoria, personalis, mixta, arbitraria, qua in duplum agitur adversus eum, qui servum alterius dolo malo persuadendo a) corrupit, ut deterior fieret.

a) vel bonum *malum*, vel malum *deseriorem* faciendo *l. i. s. fin. b. t.* Sed nec laudando oportet augeri malitiam *d. l. i. s. pen. eod.*

Corrumptitur servus etiamsi ut FLIGITIVUS receptus, vel ad LUSUM ALEÆ sit persuasus.

TIT.

## TIT. IV.

DE

## F U G I T I V I S.

**S**i ut FUGITIVUS a) receptus ACTIO SERVI CORRUPTI ex Scto in multam b) adversus receptatorem competit.

a) sub quo erro hic continetur, l. i. §. 5. b. t.  
à quo tamen propriè differt. Nam *erro* est, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis serius domum redit l. 17. §. 14. *π. de ædilit. Edit.* *Fugitivus* verò dicitur, qui ea mente discedit, ne ad dominum redeat d. l. 14. §. 1. ead.

b) l. i. §. 1. l. 4. l. pen. b. t. etiam ad C. solidos  
l. I. §. 2. b. t.

## TIT. V.

DE

## A L E A T O R I B U S.

**A**LEATORUM excessus prohibetur variè a) in primis actionem victori contra victimum denegando b) & vice versa victo adversus victorem concedendo.

a) vid.

a) vid. l. i. pr. & §. 4. b. t.  
b) l. r. C. b. t.

Posteriori casu CONDICTIO EX  
LEGE a) competit, quæ est actio perso-  
nalisa, perpetua, b) rei persecutoria, stri-  
cti juris, victo adversus victorem ad per-  
ditum lusu repetendum competens.

a) l. fin. C. b. t.  
b) quæ 50. annis durat, quod hic singulare  
est, quia actiones personales 30. annorum  
spatio alijs finiuntur, l. 3. C. de praescript.  
30. vel 40. annor.

## TIT. VI.

SI MENSOR FALSUM MODUM  
DIXERIT.

**E**X hoc Edicto ACTIO INFACIUM  
præatoria, personalis, rei persecuto-  
ria, arbitraria, ei, qui ex falsa renuncia-  
tione læsus, adversus mensorem ad id  
quod interest, datur.

## TIT. VII.

DE

RELIGIOSIS ET SUMPTIBUS  
FUNERUM, ET UT FUNUS DUCE-  
RE LICEAT.

De

**D**E REBUS RELIGIOSIS duplex est  
comparata ACTIO.

UNA domino loci adversus inferen-  
tem ad loci pretium vel ad mortuum tol-  
lendum a) datur.

a) *l. 7. b. t.* quod religioni datum videtur, ut  
eligere possit is, qui intulit mortuum. Zœf.  
*b. n. 4.*

ALTERA inferre impedito, adversus  
impedientem, ut impedire cesseat, a) com-  
petit.

a) Etiam id quod interest peti potest. *l. 8. §. fin.*  
*l. 9. b. t.*

Sumptus funebres petuntur ACTIO-  
NE FUNERARIA, quæ est actio præto-  
ria, personalis, rei persecutoria, bonæ fi-  
dei, qua funerans agit adversus eum, cui  
jus funus curandi incumbit, ad impenas  
in eam rem factas repetendas.

### TIT. VIII.

DE

MORTUO INFERENDO ET SE-  
PULCHRO ÆDIFICANDO.

ACTIONI IN FACTUM posteriori  
loco antea relatæ duo accedunt IN-  
TER-

**TERDICTA; DE MORTUO & DE SE-PULCHRO INFERENDO.**

**INTERDICTUM DE MORTUO INFERENDO** est interdictum prohibitorium, quo adversus eum, qui mortuum in locum, ubi jus sepeliendi datur, inferre impedit, ut citò inferatur, agimus. a)

a) l. i. pr. h. t.

**INTERDICTUM DE SEPULCHRO ÆDIFICANDO** est interdictum prohibitorium, quo adversus eum, qui in loco, ubi jus sepeliendi datur, sepulchri ædificationem prohibet, agitur, ut ædificium quietè extruatur. a)

a) l. i. §. 5. h. t.

Hucusq; de JUDICIIS CIVILIBUS REALIBUS, jam ad PERSONALIA fit transitus.

JUDICIA PERSONALIA vel PRINCIPALIA sunt vel ACCESSORIA.

Ad PRINCIPALIA CONTRACTUS a) pertinent.

a) cuius defin. vid. supr. sub Tit. *de part.*

Qui vel NOMINATI sunt vel INNOMINATI,

NO-

NOMINATI CONTRACTUS hic a)  
vel REALES vel CONSENSUALES ha-  
bentur.

- 2) nam *literum obligatio* JCtis fuit inco-  
gnita, & *stipulatio* infra sub lib. 45. pro-  
ponitur.

CONTRACTUS REALES sunt, qui  
seit traditione a) perficiuntur.

- a) fine præcedente consensu l. 52. w. de O.  
& A. Sic differunt ab *innominatis contra-  
ctibus*, ubi consensus prærequiritur. In  
his enim de lucro captando; in illis vero  
de damage vitando agimus. Vide subti-  
lissimum Hortens. ad pr. 3. quib. mod. re  
contr. obl.

Et HI vel CONDITIONEM, vel  
SIMPLICEM ACTIONEM PERSO-  
NALEM a) pariunt.

- a) Inter has actiones differentia datur. Nam  
*condicione*s non dominis adversus domi-  
nos; *actiones personales* vero dominis ad-  
versus non dominos competunt. Franz.  
Exerc. 13. q. 5.

CONDICIONEM parit MUTUUM  
& PROMUTUUM.

## LIB. XII.

## TIT. I.

DE

REBUS CREDITIS, SI CERTUM  
PETATUR, ET DE CONDI-  
CTIONE.

**M**UTUUM est contractus verus, nominatus, realis, unilateralis, stricti juris, quo res fungibilis a) eâ lege datur, ut ab accipiente in eodem genere b) restituatur.

a) quæ pondere, numero, mensura constat, non autem quæ appendi, numerari &c. possunt. Alind enim est pondus, numerum, mensuram habere, aliud ex pondere numero, mensura constare. Vinn. ad. pr. 3. quib. mod. re contr. obl. n. 2.

b) Jætorum genus est Philosophorum species, & Jætorum species est Philosophorum individuum. Dn. Schilt. prax. art. analyt. cap. 2 s. 4. & seqq. Franz. ad. n. 13. 14. & seqq.

Hinc oritur CONDICTIO CERTI ex mutuo b) quæ est actio civilis, personalis, rei persecutoria, stricti juris, quæ datur mutuanti adversus mutuatarium ad

ad rem mutuatam in genere restituendam.

- a) & quidem *generalis*, ut quævis alia personalis actio §. 15. f. de att. v. Clud. de condit. certi in prolegom. n. 2. & seqq.
- b) vel potius dicendum, ex mutuo tanquam contraëtu nominato, *nominatam* etiam descendere *actionem* l. 17. s. 1. π. de pacē l. 1. π. de P. V. quæproinde satis commode *actio mutui* appellari potest. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 14.

Ad probandum mutuum JURAMENTUM adhiberi solet.

## TIT. II.

DE

### JURE JURANDO SIVE VOLUNTARIO, SIVE NECESSARIO, SIVE JUDICIALI.

JURAMENTUM est religiosa rei aliquujus adseveratio, quæ DEUM a) in testem veritatis & vindicem perjurii invocamus.

- a) Igitur neque per *deastros*, neque per *creaturas*, neque per *angelos* jurandum, vid. Dn. Struy. S. f. C. Ex. 17. tb. 8. seqq.

E 2

Di-

Dividitur in ASSERTORIUM & PROMISSORIUM.

JURAMENTUM ASSERTORIUM est, quo quis aliquid esse vel non esse adseverat.

JURAMENTUM PROMISSORIUM est, in quo futurum aliquid promittitur. a)

a) cuius species colligit Lauterb. *in comp. bī p.m. 137.*

ASSERTORIUM vel controversias ritè CONSTITUENDAS, vel PLANE FINIENDAS respicit. a)

a) Rennemann. *in Jprud. Rom. Germ. membr. 4. d. 13. 29. th. 3.*

PRIUS in JURAMENTO CALUMNIAE, TESTIUM, PAUPERTATIS, PERHORRESCENTIÆ &c. conspiciuntur.

Posteriorius fit vel SIMPLICITER, vel CERTO RESPECTU.

SIMPLICITER per juramentum VOLUNTARIUM & NECESSARIUM.

VOLUNTARIUM vel est MERE VOLUNTARIUM (conventionale, vobis

Iuntarium in specie) a) vel QVODAM-MODO (judiciale) b)

a) quod à parte parti *extra judicium* defertur,  
& liberâ voluntate suscipitur. Treutl. I.  
*disp. 21. tb. 8.* proficitque ad actionem &  
exceptionem jurisjurandi producendam.  
*§. 11. 3. de act. §. 4. 3. de except.*

b) quod pars parti *in judicio* defert, quod vel  
suscipiendum est vel referendum. *l. 3 g.*  
*b. t.*

NECESSARIUM vel est IN SPECIE  
tale (suppletorium) vel PURGATO-  
RIUM.

CERTO RESPECTU, nimirum ob  
delictum rei coercendum JURAMEN-  
TUM IN LITEM defertur.

### TIT. III.

DE

### IN LITEM JURANDO.

JURAMENTUM IN LITEM est jura-  
mentum adsertorium, quo res in judici-  
cium deducta ab auctore aestimatur.

Estque vel AFFECTIONIS vel VE-  
RITATIS.

JURAMENTUM AFFECTIONIS

E 3 est,

est, quo res ultra verum rei pretium a) in infinitum aestimari potest b)

a) quod hic est singulare ob l. 33 w. ad L. Aqf.  
§ 1.63 w. ad L. Falid.

b) & quidem in iis actionibus, in quibus de restituenda agitur. Cessat igitur in actione emi arg. l. 4. C. de ad. empt. Zes. b. n. 2. in actionibus contrariis. l. 5. n. de- pos/ in stricti juris actionibus, nisi in casu, ubi post moram res extincta restitui non potest. l. 5. §. fin. l. 6. b. t. Wesenbec. b. num. 6.

JURAMENTUM VERITATIS est,  
quo res, quanti revera est, aestimatur.

Hæc de MUTUO, sequitur PROMUTUUM, quod nihil aliud est, quam ob causam datio.

Unde variæ descendunt CONDITIONES, quæ vel CIVILES sunt vel PRÆTORIAE.

CONDITIONES CIVILES vel SPECIALES sunt vel GENERALES.

SPECIALES dantur vel ob CAUSAM FUTURAM (finalem) vel ob CAUSAM PRÆTERITAM (impulsivam) & UTRAMQUE vel LICITAM vel ILLICITAM. a)

a) vide

a) vid. Franz. *de cond. caus. dat.* n. 3. q.

Ob CAUSAM FUTURAM LICITAM competit CONDICTIO CAUSA DATA CAUSA NON SECUTA.

## TIT. IV.

DE

CONDICIONE CAUSA DATA  
CAUSA NON SECUTA.

**C**ONDICTIO CAUSA DATA CAUSA NON SECUTA est actio civilis, personalis, rei persecutoria, stricti juris, qua quis id, quod ob causam futuram honestam datum est, a) causa non secuta, repetit. b)

a) ob factum ergo praestitum cessat haec actio, quia nihil est, quod repeti potest. l. 12. n. de capt. & postl. revers.

b) tacite enim hoc conventum intelligimus. Nam qui dat ob causam, duœ tractat negotia, unum expressè, ut alter det vel faciat; alterum tacite, ut, si non fiat, rem repetere liceat. Bach. ad Treut. i. disp. 12. lit. f. verb, ex contrafactu innominato.

Ob CAUSAM FUTURAM ILLICITAM locum habet CONDICTIO OB TURPEM CAUSAM.

TIT. V.

DE

**CONDICIONE OB TURPEM  
VEL INJUSTAM CAUSAM.**

**C**ONDICTIO OB TURPEM a)  
CAUSAM est actio civilis, personalis, rei persecutoria, stricti juris, qua quis id, quod ob causam futuram in honestam dedit b) causa licet secuta repetit.

a) vel *injustam*. Hac enim ratione effectus convenienter; sed ratione *formae* differentiationem habent. Dn. Schvendend. *in not. ad Eccol. h t. 9.1.*

b) vel *naturuliter* vel *cibiliter* talem. l. 42. n. de V. S. modo turpitudine sit ex parte accidentis l. 1. 5. fin. l. 4. 5. 2. b. t. Cessat enim condictio ob turpitudinem vel ex solidius dantis l. 4. 5. 3. b. t. vel utriusque parte. l. 3. l. 4. pr. 5. 1. l. 8. b. t. contingenter.

Ob CAUSAM PRÆTERITAM vel REGULARIS vel IRREGULARIS CONDICTIO datur.

AD REGULAREM refertur CONDICTIO INDEBITI & CONDICTIO SINE CAUSA.

TIT

## TIT. VI.

DE

CONDICIONE IN-  
DEBITI.

**C**ONDICTIO INDEBITI est actio  
civilis, personalis, rei persecutoria,  
stricti juris, qua indebitum a) per erro-  
rem b) solutum repetitur. c)

- a) siue *absolutum* fit l. 41. b. siue *natum* le tun-  
tum. l. 47. eod. Sed *civile* tantum repeti-  
tionem non habet l. 40. b. nisi obligatio  
naturalis reprobata subsit. d. l. 40. & l. 60.  
b. t.
- b) *fatti & juris*, quia juris error in amissio-  
nibus non nocet l. 7. x. de juris & *fatti igno-*  
*rancia* v. l. 66. h. t. Bach. de aet. disp. 4. th. 17.  
Franz. b. n. 28. Vinn. ad s. 6. 3. de obl. que  
ex qf. contr. nasc.
- c) vel à *solvente* vel ab *alio*. Illud directa;  
hoc utili fit hac actione l. 5. b. t.

## TIT. VII.

DE

## CONDICIONE SINE CAUSA.

**C**ONDICTIO SINE CAUSA est a-  
ctio civilis, personalis, rei persecuto-

E 5 ria,

toria, stricti juris, qua quis id. quod sine causa a) apud alium existit, repetit.

- a) *five causa ab initio sit nulla l. fin. pr. & s. 1. b.*  
*five non sit secuta l. fin. C. de cond. ex Lege.*  
*five postea finita l. 2. C. b. t.*

Ad IRREGULAREM a) CONDICTIO FURTIVA pertinet.

- a) *quia domino datur adversus non dominum.*  
*s. 14. f. de action. vid. supr. Tit. de mort.*  
*infer. in fin.*

## LIB. XIII.

### TIT. I.

DE

### CONDICIONE FURTIVA.

CONDICTIO FURTIVA est actio civilis, personalis a) rei persecutoria, stricti juris, qua rem furto ablatam à fure repetimus. b)

- a) *non quasi sit ex delicto, sed quia ex lege immediate descendit. Hahn. ad VVesentb. b. n.*  
*7. unde contra heredes in solidum datur. l. 7. s. 1. l. 9. b. t.*

- b) *modo repetens sit rei ablatæ dominus, ei que res surreptal. l. 1. n. b. t.*

Ad CONDICATIONEM CIVILEM

GE

**GENERALI** spectat CONDICTIO  
EX LEGE.

TIT. II.

DE

**CONDICIONE EX LEGE.**

**CONDICTIO EX LEGE** a) est actio  
civilis, personalis, rei persecutoria,  
stricti juris, quā ex lege novab) quæ ge-  
nus actionis expressum non habet c) ad  
aliquid præstandum experimur.

a) quæ ita dicitur non ratione *causa efficiens*.  
tis, alias omnis actio condictio ex lege  
appellanda foret; sed ratione *materiae* &  
*nomina*, ut verba illa sint unum nomen  
indeclinabile. Franz. b. n. 3.

b) quæ sc. post. LL. 12. tabb. est lata.

c) idque ex *causa obligationis civilis*. Nam  
si nomen actionis ex *causa juris gentium*  
deficit, actio P. V. datur. Bach. ad *Treatl.*  
*b. t. verb. ut summam dicam.*

Hucusque de **CONDICIONIBUS**  
**CIVILIBUS**; subjiciuntur **PRÆTO-**  
**RIAE**, quæ itidem vel **GENERALES** vel  
**SPECIALES** habentur.

**CONDICIONIBUS PRÆTORIIS**  
**GENERALIBUS** annumeratur **CON-**  
**DICTIO TRITICIARIA.**

## TIT. III.

DE

CONDICIONE TRI-  
TICIARIA.

**C**ONDICTIO TRITICIARIA est actio præatoria, personalis, rei persecutoria, arbitraria a) quâ præter pecuniam numeratam b) res quævis alia c) petitur, ut judex eam æstimet, ac reum in æstimatam summam condemnet.

a) ita sentit. Cujac. *in paratibl. b. & in tr. ad African.* lib. 3. in expl. l. 8. π. de eo quod certo loco.

b) Est enim hæc condictio æstimandarum rerum gratia introducta, quod in pecuniam numeratam cadere nequit, cum ipsa non æstimetur, sed medium solum æstimationis habeatur. Franz. b. n. 5.

c) quia nulla res est præter pecuniam, quæ non recipiat incertitudinem. Duaren. b. l.

**CONDICIONES PRÆTORIÆ PECIALES** sunt ACTIO DE EO QVOD CERTO LOCO, & ACTIO DE CONSTITUTA PECUNIA.

## TIT. IV.

DE

EO QVOD CERTO LOCO.  
ACTIO

**A**CTIO DE EO QVOD CERTO  
LOCO est actio præatoria, persona-  
lis, rei persecutoria, arbitraria, quâ id,  
quod certo loco a) strictâ actione b) da-  
ri debuit cum eo quod interest alio loco  
peti potest, factâ ejus loci commemora-  
tione in quo peti debuit.

a) *Tempus* igitur hanc actionem arbitrariam  
non facit. *Tempus enim continetur in*  
*tempore, non locus in loco,* inquit Wissenb.  
*disp. π. 26, th. 12.*

b) & quidem tali, quæ erat stricti juris. *In*  
*bonae fidei judicis* hæc actio locum non ha-  
bet, cum ipso jure ipsis laxior insit judi-  
candi potestas. *§. 30. J. de alt.*

## TIT. V.

## DE

## CONSTITUTA PECUNIA.

**A**CTIO DE CONSTITUTA PE-  
CUNIA est actio præatoria, perso-  
nalis, rei persecutoria, stricti juris, quâ  
convenitur is, qui debitum vel suum vel  
alienum a) citra stipulationem b) solve-  
re promittit.

a) sic differt à *fidejussione* constitutum, quod  
illa alienæ obligationi tantum accedat. *pr.*  
*J. de fidejuss.*

b) *Stipulatione* enim interveniente jure civili  
obligatio nascitur §. 9. f. de actione.

Tantum de CONTRACTU REALI,  
qui CONDICTIONEM parit. a) Se-  
quuntur RELIQVI, ex quibus SIM-  
PLEX ACTIO IN PERSONAM ORI-  
TUR, quales sunt COMMODATUM,  
PIGNUS & DEPOSITUM.

a) vid. *supr. Tit. de mort. inferend. in fin.*

### TIT. VI.

## COMMODATI VEL CONTRA.

**C**OMMODATUM est contractus ve-  
rus, nominatus, realis, bilateralis,  
bonæ fidei, quo res a) gratis b) ad cer-  
tum c) usum d) conceditur, ut eo finito  
in specie restituatur.

a) propria & aliena l. 15. b. mobilis & immo-  
bilis l. 1. §. 1. b. etiam incorporalis, v. g.  
habitatio d. l. 1. §. 1. in fin. non tamen res  
fungibilis, nisi ad pompam l. 4. b. cum in  
his vel quasi ususfructus. vel mutuum con-  
stituatur.

b) Mercede enim vel re alia in compensatio-  
nem data vel locatio erit, vel *contractus*  
*innominatus*. l. 17. §. 3. π. de P. V.

c) Hoc ipsis à *precario* differt, quod usum in-

68-

certum habet & indeterminatum l. i. l. 2.  
§. 2. de preclar.

- d) secus quam in *mutuo*, in quo res ad abusum & consumptionem conceditur, vid. *supr. Tit. de reb cred.*

Exinde duplex venit ACTIO, DIRECTA & CONTRARIA.

ACTIO COMMODATI DIRECTA est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonae fidei, quæ datur commodanti adversus commodatarium, ut finito usu res salva & integra restituatur.

ACTIO COMMODATI CONTRARIA commodatario a) ad petendum quod sua interest competit.

- a) cui tamen *exceptio compensationis* non datur, vel ex eo solo, quod gratis ei præstet commodans officium. Iniquum autem foret, prætextu compensationis rebus commodatis ipsum defraudari debere. vid. Wurm. in *Nuel. jur. contr. lib. 3. Tit. 15. contr. 12.*

### TIT. VII.

DE

## PIGNORATITIA ACTIONE VEL CONTRA.

PL-

**PIGNUS** a) est contractus verus, nominatus, realis, bilateralis, bonæ fidei, quo res in crediti restituendi fidem atque securitatem traditur.

a) quatenus rei traditione perficitur. Nam nudā consecutio initum, inter species juris in re refertur, actionemq; realem producit. §. 7. J. de action. vid Wesenb. b. t. eb. 15.

### Oritur inde DIRECTA & CONTRARIA ACTIO.

**ACTIO PIGNORATITIA DIRECTA** est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quā debitor rem pignori datam solutō debitō a) à creditore repetit.

a) *actu sc. secundo inspecto, sic accipe l. 9. §. 3. b. t.* Nam quoad *actum primum hæc* actio statim cum contractu nascitur. Bach. lib. 5. de pign. cap. 16. Franz. b. n. 5. & seqq.

**ACTIO PIGNORATITIA CONTRARIA** est, quā creditor adversus debitorem ad id, quod ipsi ratione pignoris abest vel ab futurum est, experitetur.

Nunc de DEPOSITO agendum esset,  
sed

sed inferuntur quædam qualitates prioribus solum contractibus accommodatae.

QUALITATES illæ vel ex SPECIALE OBLIGATIONE veniunt, vel ex SOLUTIONE. a)

a) vid. omnino Franz. ad seqq. Tit.

OBLIGAMUR vel per ALIOS vel pro ALIIS.

PER ALIOS obligamur ex NEGOTIATIONE vel MARITIMA vel TERRISTRI.

Intuitu NEGOTIATIONIS MARITIMÆ tum ACTIO EXERCITORIA, tum L. RHODIA DE JACTU competit.

## LIB. XIV.

### TIT. I.

DE

## EXERCITORIA ACTIONE.

ACTIO EXERCITORIA est actio præatoria, personalis, rei persecutoria, quæ ex contractu à magistro navis a) secundum modum præpositionis inito, exercitor navis b) convenitur. c)

a) cui totius navis cura mandata est. l. i. b. t.

b) qua-

- b) qualis est is, ad quem obventiones & redditus omnes perveniunt, sive is dominus navis sit, sive à domino nave per averse-  
onem con luxerit vel ad tempus, vel in  
perpetuum. l. . s. 5 b. t.  
c) & quidem in *solidum*, licet plures fuerint  
exercitores. l. . s. fin. b. Ab uno vero  
præstitum ab altero judicio societatis re-  
petitur l. 3. b. Sed hæc aliter observari in  
exercitatore ex ministrorum delicto obli-  
gato, notat Duar. *ad Tit. naut. camp. stab.*  
*in fin.*

## TIT. II.

DE

## LEGE RHODIA DE JACTU.

**L**EGE RHODIA DE JACTU ca-  
vatur, ut si levandæ navis gratia jactus  
mercium factus est, omnium contribu-  
tione a) sarciantur, quod pro omnibus da-  
tum est. b)

a) quæ *adiene locati* adversus magistrum na-  
vis, ad reliquorum merces contributio-  
nis faciendæ causa retinendas petitur. l. 2.  
b. t.

b) l. i. b. t. licet id non petatur in factum actio-  
ne. l. 14. *nr. de P. V.*

Intuitu NEGOTIATIONIS TERRE-  
STRIS

STRIS ACTIO INSTITORIA & TRIBUTORIA locum habent.

## TIT. III.

DE

## INSTITORIA ACTIONE.

**A**CTIO INSTITORIA est actio præatoria, personalis, rei persecutoria, quæ datur adversus eum, qui institorem a) tabernæ aut alii negotiationi præpositum b) de eo, quod cum institore ejus rei gratia contractum fuit.

a) qualis est qui negotiationibus præponitur, §. 2. f. *quod cum eo qui in alien. ex eo dictus, quod negotio gerendo instet.* l. 3. b. t.

b) non tamen adversus institorem, utpote qui *directa actione* conveniri potest. l. 7. §. 1. b. t. modo officium non sit finitum, l. fin. b. t. Ipsi etiam præponenti adversus eum, qui cum institore contraxit, nulla prodita est actio. Bach. *ad d. § 2. f. quod cum eo qui in alien.*

## TIT. IV.

DE

## TRIBUTORIA ACTIONE.

ACTIO

**A**CTIO TRIBUTORIA est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, quæ datur in dominum seu patrem, quo sciente servus vel filius familias in pecuniam merce a) est negotiatus, ut ereditoribus, quibus nihil, vel minus, quam oportet de ista peculiari mercede tributum, id quod singulis pro rata debetur, præstetur. b)

a) i. e. ea parte peculii, in qua expressè negotiatio fuit permissa. Mynsing. ad §. 3. d. t. quod cum eo, n. 6. Unde patet mercem hic aliquanto latius accipi quam in l. 66. l. 207. π. de V. 8.

b) sed contra heredes non nisi quantum ad eos pervenit l. 7. §. fin. l. 8 b. t. quod est singulare, vid. l. 12. l. 49. π. de O. & A. quia hæc actio ex parte rei quodammodo videtur penalis, dum dolum malum domini coeret. l. 2. §. 2. b. t.

### TIT. V.

QVOD CUM EO, QVI IN ALIE-  
NA POTESTATE EST, NEGO.  
TIUM GESTUM ESSE  
DICETUR.

Præ-

PRædictæ & sequentes ACTIONES &  
PATREM & FILIUM FAMILIAS  
afficiunt, qui perinde ut paterfamilias  
conveniri potest a) ita tamen, ut patria  
potestate solitus & conventus beneficio  
competentia fruatur.

a) l.39.π. de O. & A. l.57.π. de jud.

Hinc datur ACTIO IN FACTUM  
Prætoria, personalis, rei persecutoria, stri-  
cti juris, qua adversus filium familias sui  
juris a) factum, ex contractu durante pa-  
tria potestate cum eo celebrato in id  
quod facere potest, agitur.

a) vel emancipatione vel alio modo. Malcom.  
b.n.3.

Mutuam tamen pecuniam FILIUS-  
FAMILIAS accipere nequit, vetante il-  
lud SENATUSCONSULTO MACE-  
DONIANO.

TIT. VI.

DE

SENATUSCONSULTO  
MACEDONIANO.

CAutum est hoc SENATUSCON-  
SULTO, a) ne creditoribus, qui filiis-  
fa-

familias mutuam dederunt pecuniam b)  
efficax detur actio. c)

a) in l. i. pr. h. e.

b) *Pecuniae* enim datio, utpote instrumentum ad omnem luxum & nequitiam idoneum, ac verè irritamentum malorum, pernitosia parentibus eorum visa est. *l. i. § 3. x. b.*

c) quæ licet nascatur, attamen per exceptiōnem SCti Macedoniani tolli potest. *l. 7. pr. § 4. & 10. b. vid. l. 102. de R. j. tām à patre quām à filio, etiam post mortem patris *l. i. b. d. l. 7. §. 6. eod. & factam à filiofam. renunciationem arg. l. 38. x. de pāt. Zœf. b. n. 17. licet juratain, ob tertii periculum. c. 28. X. de jurej.**

Sed & ex contractibus filiorum servorumve tribus adhuc ACTIONIBUS patres vel domini conveniri possunt, cuiusmodi sunt : ACTIO DE PECULIO, DE IN REM VERSO, & QVOD JUSSU.

LIB.

## LIB. XV.

TIT. I.

DE

## PECULIO.

**A**CTIO DE PECULIO a) est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, quæ ex contractu filii b) vel servi adversus dominum vel patrem usque ad vires peculii c) competit.

- a) cave aliud quam profectitum & servile intelligas. Franz. ad §. 10. 3. de att. n. 15. & seqq.
- b) ipse enim filius ex suo delicto l. 1. §. 7 π. de his qui effud. vel dejec. l. 2 C. de accusat. Dominus vero ex delicto servi privato noxali actione convenitur. t. t. π. & C. de noxal. att.
- c) facta tamen prius deductione eorum, quæ domino vel patri debentur. §. 4. 3 quod sum eo qui in alien.

TIT. II.

QVANDO DE PECULIO ACTIO  
ANNALIS EST.

**H**æc ACTIO post dissolutam patriam potestatem fit annalis. a)

a) ex-

a) exemplo aliarum actionum prætoriarum  
contra ius civile competentium l. 35. π. de  
O. & A.

## TIT. III.

DE

## IN REM VERSO.

**A**CTIO DE IN REM VERSO est  
actio præatoria, personalis, rei per-  
secutoria ex contractu filii vel servi, ad-  
versus dominum vel patrem, quatenus  
in rem eorum versum est a) competens.

a) in rem autem *versum* intelligitur, quod  
utiliter vel necessario impensum, licet so-  
lum intentionaliter l. 3. §. 3. & 7. b. t. cum  
eventus non sit in potestate agentis Zoel.  
b. n. 2. modo sic sit versum ut illud duret  
l. 10. §. 6. cod.

## TIT. IV.

## QVOD JUSSU.

**A**CTIO QVOD JUSSU est actio præ-  
atoria, personalis, rei persecutoria,  
quæ datur in solidum adversus patrem  
vel dominum, ex quovis contractu filii  
vel servi, ejus jussu a) celebrato.

a) *jussus* hic generaliter quamcunque volun-  
tatem expressam & specialem, sive ab ini-  
tio

itio præcedat, sive concurrat, sive subse-  
quatur, significat. L. 1. S. 3. & seqq. b.

Videndum nunc, quando PRO ALIIS  
obligemur. a)

a) vid. supr. Tit. de pign. act. in fin.  
PRO ALIIS obligat se quivis, modò  
non sit prohibitus.

Prohibentur vero FOEMINÆ ob  
SENATUS CONSULTUM VELLE-  
JANUM.

## LIB. XVI.

## TIT. I.

AD SENATUSCONSUL-  
TUM VELLEJANUM.

SENATUS CONSULTO VELLEJA-  
NO cautum est a) ne foeminæ b)  
pro aliis c) intercedentes d) obligen-  
tur. e)

a) in. l. 2. §. 1. b. t.

b) etiam virgines, cum mulierum appella-  
tione contineantur l. 13. π. de V. S. l. 8 . §. 1.  
π. de leg. 3. quoties sexum saltem respici-  
mus. Svev. ad l. 1. de V. S. p. m. 20.

c) non solum extraneis, sed etiam maritis,  
quia coactè propter reverentiam marita-  
lem intervenire præsumuntur. Autb. si q̄a  
mulier C. h. t. Nob. 134. c. 8.

F

d) dum

- d) dum vel bona vel personam obligant,  
vel novam vel veterem obligationem  
aut cumulatib;e, v. g. fidejubendo, aut pri-  
vatib;e, v. g. novando &c. in se suscipien-  
do. Franz. h. n. 12. seqq.  
e) effectib;e sc: propter exceptionem SCti Vel-  
lejani l. 8. l. 20. C. b. t.

Inde succurritur foeminis a) vel EX-  
CEPTIONE SENATUSCONSULTI  
VELLEJANI b) vel CONDICTI-  
ONI INDEBITI. c)

- a) Creditoribus verò actio pristina per  
novationem in mulierem translata, sub-  
ducta ejus persona, in debitorem re-  
stituitur l. 1. §. fin. l. 8. §. 7. & seqq. b. t.  
b) intellige, si dubia sit intercessio. l. 6. l. 23.  
in fin b. t. secus si certa sit & indubitata, nam  
ita actiones adversus illam denegantur l. 1.  
§. 1. b. t.  
c) si ex errore juris vel facti solvit mulier l. 8.  
§. 3. l. 24. §. 2. & l. 9. C. b. t.

Tantum de QVALITATIBUS ex SPE-  
CIALI OBLIGATIONE provenienti-  
bus; sequuntur quæ ex SOLUTIONE  
veniunt. Huc COMPENSATIO re-  
fertur.

TIT.

## TIT. II.

DE

## COMPENSATIONIBUS.

**C**OMPENSATIO est debiti & crediti  
a) inter se contributio. b)

a) sic à *confusione personarum*, qua debitor & creditor sibi invicem succedunt, distinguitur. Sed requiritur, ut debeantur res *eiusdem generis*. In *speciebus* enim compensatio cessat *l. 13. §. 2. w. de pign. l. 18. w. de pign. act.* Novo tamen jure in *l. fin. b. t.* etiam in *realibus actionibus* compensatio inducitur, hactenus sc. ut actori jus vindicandi ipso jure peremptum censeatur. Franz. *b. n. 18.* Sed & utrinque deb tum liquidum esse debet. *d. l. fin. §. 1. C. b. t.* Utrum vero sit *civile & naturale simul, an naturale tantum*, non distinguitur. *l. 6. b.*

Propositis igitur **QUALITATIBUS** ad superiores **CONTRACTUS** **REALES** pertinentibus, tandem de **DEPOSITO** Ovidendum.

F 2 TIT.

## TIT. III.

## DEPOSITI VEL CONTRA.

**D**EPOSITUM est contractus verus, nominatus, realis, bilateralis, bona fidei, quo res gratis a) alterius fidei & custodiæ committitur, ut quædocunq; libuerit deponenti, eadem in specie b) restituatur.

a) Mercede enim interveniente, est locatio. Honorarium tamen accedere potest arg. l. 1. s. 15. b. t.

b) nisi pecunia non obsignata deponatur l. 25. §. 1. b. t. vel, pecunia jam deposita, de ea utenda convenerit l. 26. §. 1. b. quo ipso quidem notissimos depositi terminos egrediuntur contrahentes. l. 24. b. & effectu inspecto mutuum celebrare videntur, attamen respectu primæ intentionis contrahentium est & manet nihilominus depositum. Zœl. b. n. 4. Hahn. annot. b. t. n. 5.

Oritur inde ACTIO DEPOSITI DIRECTA & CONTRARIA.

ACTIO DEPOSITI DIRECTA est actio civilis, personalis, rei persecutoria, a) bona fidei, qua deponens agit adversus

fus depositarium, ut rem depositam in specie reddat.

a) nisi sit depositum miserabile l. 1. §. 3. b. t.  
vel depositarius inficietur depositum,  
§. 17. 3. de act. Sic enim mixta est hæc  
actio.

**ACTIO DEPOSITI CONTRARIA**  
depositario a) ad consequendum, quod  
sua interest, datur.

a) qui licet compensationis exceptione uti  
nequeat l. fin. C. de compensat. ob neces-  
sarias tamen impensas, utpote secundum  
voluntatem deponentis factas retentionis  
jure rectè utitur. Sic accipe l. 11. C. de-  
pos. vid. Wurms. Nucl. jur. contr. lib. 3.  
Tit. 15. contr. 15.

Dividitur in DEPOSITUM IN SPE-  
CIE, de quo hactenus, & SEQVE-  
STRUM.

**SEQVESTRUM** a) est, quo res litigiosa à litigantibus apud tertium depo-  
nitur, ea lege, ut lite finita victori resti-  
tuatur.

a) intellige voluntarium. Nam necessarium,  
quod sit authoritate judicis, hic non per-  
tinet. Interim vide Gœdd. de sequestrat.  
possess. & fruct.

Nascitur hinc **ACTIO SEQVESTRA-  
RIA DIRECTA & CONTRARIA.**

**ACTIO SEQVESTRARIA DIRE-  
CTA** est actio civilis, personalis, rei per-  
secutoria, bonæ fidei, victori contra se-  
questrum ad rationes reddendas, & ad  
rem sequestratam finita lite cum omni  
causa restituendam competens.

**CONTRARIA** est, qua sequester ob-  
damna & interesse adversus victorem ex-  
peritur.

Propositis **CONTRACTIBUS REA-  
LIBUS**, nunc a) **CONSENSUALES** sub-  
jiciuntur.

a) vid. *supr. Tit. de mort. infer.*

**CONTRACTUS CONSENSUALES**  
sunt, qui solo consensu perficiuntur. a)

a) *Tabor. part. 3. sect. 4. Iprud. method.  
ib. 41.*

**HORUM SPECIES** sunt: **MANDA-  
TUM, SOCIETAS, EMTIO VENDI-  
TIO & LOCAT. O CONDUCTIO.** a)

a) sub posterioribus *Emphyteusis compre-  
henditur. §. 3. 3. de locat. conduct. ubi vide  
Nucl. Inst.*

LIB.

## LIB. XVII.

## TIT. I.

## MANDATI VEL CONTRA.

**M**ANDATUM est contractus verus, nominatus, consensualis, bilateralis, bonæ fidei, de negotio aliquo a) gratis b) expediundo.

a) *licito & honesto.* Nam *turpis rei mandatum nullum est* §. 7. *f. b.t. quoad mandatorem & mandatarium, non vero quoad tertium, cui nocitum.* *Huic enim uterque obligatur,* l. 11. §. 3. n. *de injur.* l. 15. §. 1. n. *ad L. Corn. de siccari.*

b) *sic differt à locatione, & contractu innominatio do ut facias.* l. 5. §. 1. l. 22. n. *de P. V. S. fin. f. b.t.* Honorarium tamen accede-re potest. l. 6. b.t.

Descendit ex eo ACTIO MANDATI DIRECTA & CONTRARIA.

ACTIO MANDATI DIRECTA est actio civilis personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quæ mandanti adversus mandatarium ad exequendum mandatum a) datur.

a) secundum fines praescriptos. Nam ex-

*cessus nullam vim obligandi continet. §. 8.  
f. b. t.*

**ACTIO MANDATI CONTRARIA**  
mandatario adversus mandantem , ad  
consequendum id, quod ex causa manda-  
ti abest,a) datur.

a) licet negotium utiliter gestum non fuerit  
*l. 4. C. b. t. quod in negotiorum gestore est  
secus. l. 2. l. 10. §. 1. π. de neg. gest. Franz.  
b. n. 86.*

### TIT. II.

### PRO SOCIO.

**SOCIETAS** est contractus verus, nomi-  
natus, consensualis, bonæ fidei de re-  
bus & operis lucri quæstusque gratia-  
communicandis a) initus.

a) quæ communicatio , si unus operam , alter  
pecuniam conferat, tantum fit quoad *usum*,  
dominio apud conferentem remanente.  
Et ita finita societate illata pecunia soli  
conferenti restituitur Bach. Vol. 1. disp. 27.  
*tb. 9. lit. a.* nec minus periculum ipsum se-  
quitur. Perez. in C. b. n. 9. in fin.

Dividitur in UNIVERSALEM &  
PARTICULAREM.

UNIVERSALIS vel est OMNIUM  
BO-

BONORUM, vel BONORUM SIMPLICITER.

ILLA & adquirendorum & erogandorum est communio.

HÆC eorum est, quæ ex quæstu solum & negotiatione obveniunt. a)

a) vid. Scotan. b. I.

PARTICULARIS est certæ negotiationis communio. a)

a) pr. J. b. t.

Ex hoc contractu ACTIO PRO SOCIO descendit.

ACTIO PRO SOCIO est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quæ inter socios ad lucri & damni communicationem a) & ad præstationes personales datur.

a) pro ratione sortis illatae, observata proportione Arithmeticæ. Stranch. *dissert. 15. th. 26.* Dissent. Dn. Struv. *Exerc. 1. th. 27.*

## LIB. XVIII.

## TIT. I.

DE

CONTRAHENDA EMTIONE  
ET DE PACTIS INTER EMPTOREM ET  
VENDITOREM COMPOSITIS , ET  
QVAE RES VENIRE NON  
POSSINT.

**E**MTIO VENDITIO est contra-  
ctus verus, nominatus, consensua-  
lis, bilateralis, bonæ fidei, de re a) pro-  
datione pretii b) emtori tradenda c)  
initus.

a) quæ communiter *merx* appellatur, & in  
commercio existere debet. *I. 34. §. 1. b.*  
Propria an aliena sit nihil refert *I. 28. b.*  
*sc.* quoad contractus substantiam ; ven-  
ditor tamen de evictione tenetur. *I. 9.*  
*I. 36. pr. & §. 1. π. de pign. ad. modo res*  
sit eyecta. *I. 3. C. de evict.* quod in aliis  
contractibus est secus. Franz. de A. E.  
*n. 100.*

b) quod mercem æstimat. Ad quod requi-  
ritur ut sit certum *§. 1. f. verum. I. 54.*  
*de O & A. I. 36. I. 38. b. t* in pecunia nu-  
merata consistens. *§. 2. f. b. t.* & justum,  
sed non præcisè, verum cibiliter, ut mo-  
di-

dicus excessus non attendatur. Idque est, quod contrahentibus liceat natura-  
liter se invicem circumscribere. l. 13.  
§. pen. w. de minor. l. 12. §. fin. l. 23. w.  
locat.

c) non tamen ut *effentiam* hujus contractus traditio ingrediatur, sed ut sit *imple-  
mentum*, quod pro fine hic intendi-  
tur.

HUIC CONTRACTUI duo subji-  
ciuntur PACTA, ADDICTIONIS IN  
DIEM, & LEGIS COMMISSORIÆ.

## TIT. II.

DE

## IN DIEM ADDICTIONE.

**P**ACTUM ADDICTIONIS IN DI-  
EM est pactum, quo inter emptorem  
& venditorem convenit, ut meliorem  
conditionem a) ab alio oblatam accepta-  
re liceat.

a) in l. 4. §. fin. descriptam.

Fitque vel sub CONDITIONE SU-  
SPENSIVA, ut valeat contractus, si me-  
lior conditio intra certum tempus non  
offeratur a) vel RESOLUTIVA, ut dis-

F 6 ce-

cedatur ab emtione contracta, alio meliorem offerente conditionem. b)

a) v. g. *Restibi esto C. emta, si intra 3. mensis*  
*melior conditio non sit allata.* Hic per  
*traditionem dominium non transfertur.*  
*Zesl. b. n. s.*

b) v. g. *Res tibi esto emta, nisi intra 3. mino-*  
*ses melior conditio sit allata.* Hic & do-  
*minium transfertur l. 4. §. 3 & conditio*  
*usu capiendi l. 2. §. 1. b. & potestas percipi-*endi fructus l. 4. §. 4. l. 6. pr. h. t. l. 2. §.**  
*4. π. proempt.* Et venditori tum Rei vin-  
*dicatio, tum actio venditi datur.*

## TIT. III.

DE

## LEGE COMMISSORIA.

**L**EX COMMISSORIA est pactum,  
 quo convenit a) inter emtorem &  
 venditorem, ut, si ad certum diem non  
 solvatur pretium, res sit inempta. b)

a) Hæc emtio *pura* est, & statim perfecta. Un-  
 de & dominium & periculum in emtorem  
 transit vid. l. 1. l. 2. h. t.

b) si velit venditor l. 4. h. t. ejus causa hoc pa-  
 ctum adjectum censetur l. 2. eod. Una  
 via electa, postea variare non licet. l. 4.  
 §. 2. eod.

Ven.

Venduntur verò non solum RES CORPORALES sed & INCORPORALES, puta ACTIONES & HEREDITATES.

## TIT. IV.

DE

## ACTIONE VEL HEREDITATE VENDITA.

**A**CTIONE VENDITA vendor ad cedendum a) obligatur.

a) Ut enim venditor rerum corporalium ad tradendum; ita venditor actionis ad cedendum tenetur. Nam quod in rebus corporalibus est traditio, illud in actionibus est cessio l. 4. C. b. t. modo actiones sunt verae, licet non sint bona. quoniam ut locuples sit debitor, venditor non praestat. l. 4. n. b. t. cum sibi emitor imputet, quod in debitoris conditionem non inquisiverat. Brunnem. tratt. de cess. act. cap. 5. n. 47. seqq.

HEREDITATE VENDITA jus hereditarium adhæret a) heredi, sed exercitium in emtorem transfertur. b)

a) l. 88. n. de hered. instit. §. 2. 3. de fideic. hered. Unde de ære alieno hereditatis

F 7 con-

conveniri l. 2. C. b. t. & id, quod postea acrevit hereditati retinere potest. vid. Viun. i. 96. 55.

b) Vicem igitur heredis obtinet l. 2. §. 18. b.t. qui proinde ante cessionem actiones utilites ex sola juris potestate exercet. l. 16. π. de patr. quia in incorporalibus patientia pro traditione est Maranus b.t p.m. 347.

Inspecta emtione venditione ut est CONTRAHENDA, nunc videndum, quomodo contracta DISSOLVI queat, quod REMEDIO L.II. COD. DE RESCIND. VEND. fieri potest.

## TIT. V.

## DE

RESCINDENDA VENDITIONE,  
ET QVANDO LICET A VENDITIO-  
NE RECEDERE.

**E**St autem REMEDIUM L.II. COD. DE RESCIND. VEND. remedium, a) quo ob enormem b) læsionem c) læsus d) petit, ut læsio resarciantur, vel e) negotium rescindatur.

a) quod hic vel *exceptio* est vel *actio*. l. 156. §. 1. π. de R. J. puta ex contractu. Arum. ad b. t. disp. q. th. 1.

b ) qua-

- b) qualis est, quæ sit ultra dimidium.
- c) tempore contractus evenientem l. 4. l. 8  
*C. b. t.*
- d) vel venditor vel emtor. Hahn. *ad VVesenb.*  
*b. n. 16.*
- e) ita ut reis electionem habeat. §. 33. *J. de act.*

## TIT. VI.

DE

PERICULO ET COMMODO  
REI VENDITÆ.

**A**D effectus pertinet, quod perfecto a)  
contractu PERICULUM REI VEN-  
DITÆ emtorem sequatur.

- a) ratione *ad us primi.* §. 1. *J. de contr. empt.*  
*Vend.* Nam *imperfecta* adhuc *venditione*  
venditoris est periculum, veluti si ea sub  
conditione sit contracta, & adhuc pendas  
conditio. l. 35. §. 1. l. 34. §. 5. *de contr.*  
*empt.*

## TIT. VII.

DE

SERVIS EXPORTANDIS, VEL  
SI ITA MANSIPIUM VENIERIT, UT  
MANUMITTATUR VEL  
CONTRA.

Nec

**N**ec minus eò refertur, quod servus  
sub conditione; NE IN CIVITA-  
TE MORETUR, VEL UT MANU-  
MITTATUR venditus, præcisè a) exire  
vel manumitti debeat, alias vel publi-  
catur, vel ipso jure libertatem adipisci-  
tur. b)

a) l. i. b. t.

b) t. t. si manc. ita fuer. alien.

## LIB. XIX.

### TIT. I.

DE

## ACTIONIBUS EMTI VENDITI.

**E**X prædicto contractu duplex oritur  
ACTIO, EMTI & VENDITI.

ACTIO EMTI est actio civilis, per-  
sonalis, rei persecutoria, bonaæ fidei, em-  
tori contra venditorem ad rei venditæ  
traditionem a) competens.

a) & quidem præcisè §. 1. 7. de empt. Genit.  
l. ii. s. 2. m. b. t. Arum. ad l. 2. c. de  
resc. Genit. disp. 1. th. 2. modo faculta-  
tem rei tradendæ habeat. Vinn. ad pr.  
j. de

*J. de empt. vend. n. 5. Frantz. Exercit. II.  
q6. 1.*

**ACTIO VENDITI** est quæ venditori adversus emtorem ad pretii numerationem a) datur.

a) cum usuris post moram l. 13. in fin. C. b. r.  
Nummi vero soluti sunt accipientis, l. 11.  
§. 2. b. r.

### TIT. II.

## LOCATI CONDUCTI.

**L**OCATIO CONDUCTIO est contractus verus, nominatus, consensualis, bilateralis, bonæ fidei, quo usus rei vel factum a) personæ pro mercede conceditur.

a) mercenarium vid. Nucl. Inst. b. Facti autem locatio vel opus vel operas respicit.  
Qui opus locat, conductus operas, & qui conductus opus, locat operas. Franz. b.  
n. 79.

Parit ACTIONEM LOCATI & CONDUCTI.

**ACTIO LOCATI** est actio civilis, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quâ locator experitur adversus conductorem, ut mercedem solvat, rem fini-

te

to usu a) restituat, & damna data resarciat.

a) & interdum ante usum finitum in l. 3. C. de  
locat. cond.

ACTIO CONDUCTI est, qua con-  
ductor adversus locatorem agit, ut usus  
rei præstetur.

Hæc de NOMINATIS CONTRA-  
CTIBUS, a) sequuntur INNOMI-  
NATI.

a) vid. *supr. Tit. de mort. infer.*

CONTRACTUS INNOMINATI  
sunt, qui sine certâ determinataque for-  
ma ob causam a) quæ subest, obligatio-  
nem & actionem producunt.

a) quæ hic dationem aut factum actuale, ut  
iterum aliquid detur vel fiat, significat. l. 7.  
§ 2. m. de pæt. vid. Hahn, ad VVesemb. de  
pæt. n. 11. Sicuti vero *causa* contractus  
innominatos, ita *nomen* contractus nomi-  
natos designat d.l.7. § 1. eod.

Suntque vel REGULARES, qui regu-  
larem contractuum innominatorum na-  
turam habent a) vel IRREGULARES,  
qui à regulari contractuum innominator-  
rum natura non nihil deflectunt. b)

a) Species ejus sunt : *Dont des, do ur facias,*  
*fa.*

*facio ut des, facio ut facias. l. 5. m. de  
P. V.*

b) quales sunt: *Contractus æstimatorius &  
Permutatio.*

## TIT. III.

DE

## ÆSTIMATORIA ACTIONE.

**C**ONTRACTUS ÆSTIMATORIUS est contractus innominatus, irregularis, quo rem certo pretio æstimatam a) quis tradit alteri vendendam, ea lege, ut vel pretium conventum, vel ipsa res intacta restituatur.

a) Nam si generaliter res vendenda alicui committitur, tum potius mandatum quam contractus æstimatorius intelligitur.

Hinc nascitur ACTIO PRÆSCRIP-  
PTIS VERBIS ÆSTIMATORIA DI-  
RECTA & CONTRARIA. a)

a) vid. C. J. A. b tb. 3.

**A**CTIO ÆSTIMATORIA DIRECTA est actio civilis personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, tradenti contra accipientem vel ad rem datam repetendum,  
vel

vel ad pretium conventum exigendum a)  
competens.

a) Utrumque enim alternatum est in obliga-  
tione. Oldend. Cl. 4. Aet. 3.

**ACTIO ÆSTIMATORIA CON-  
TRARIA** est, quæ accipienti contra tra-  
dendentem de eo, quod propter contractum  
abest, consequendo, competit.

## TIT. IV.

DE

## RERUM PERMUTATIONE.

**PERMUTATIO** est contractus inno-  
minatus, irregularis, quo quis rem dat,  
ut rem a) recipiat.

a) secus atque in *emtione bendiftione*, in quâ  
non *rei cum re*, sed *rei cum pretio* sit  
commutatio. Franz. b. n. 2. Neque  
interesse putamus, an *genus cum genere*,  
an *cum specie*, an *species cum specie* per-  
mutetur. Nam inter do ut des & perma-  
tuationem differentiam realem non agne-  
scimus. C. J. A. b. th. q. Franz. de P. V.  
n. 24. seqq.

TIT.

TIT. V.

DE

PRÆSCRIPTIS VERBIS ET IN  
FACTUM ACTIONIBUS.**C**ONTRACTUS DO ut DES à per-  
mutatione nihil differt. a)

a) vid. Tit. de Rer. permis. sub a).

**C**ONTRACTUS DO ut FACIAS  
est, quo res datur, ut accipiens quid fa-  
ciat. a)a) tale sc. ex quo non extat aliquod corpus  
perfectum l. 7. b. t. quod in locatione  
est secus. Hortens. in pr. J. de locat.  
cond.**C**ONTRACTUS FACIO ut DES  
est, quo factum præstatur, ut facientia  
quid detur.a) cui pœnitere non licet, cum facta repeti ne-  
queant. l. 12. π de capt. & postl. rebus. a-  
ctionem tamen P. V. competere affero. l. 15.  
b. t. Vian. I. qd. 46.**C**ONTRACTUS FACIO ut FACI-  
AS est, quo factum præstatur, ut aliud  
sequatur. a)a) differentiam à mandato perspicue tradit  
Franz. b. n. 50 seqq.

Ex

Ex his ibidem ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS nascitur ad contractum ex fide placiti implendum. a)

a) Id quod fit aliter in articulo *do ut des*, aliter in *reliquis*. Ibi enim vel ad dandum vel ad interesse agimus. l. 9. l. fin. h. 1. hic vero ad interesse experiri licet, non præcisè ad factum. vid. l. 44. §. fin. de O. & A. l. 13. in fin. de rejud.

JUDICIIS PRINCIPALIBUS PERSONALIBUS a) propositis, nunc ACCESSORIA subjiciuntur.

a) vid. Tit. de mort. infer.

ACCESSORIA JUDICIA continent PIGNORA, REDHIBITIONES, EVICTIONES, USURAS cum FRUCTIBUS & CAUSIS, & denique PROBATIONES.

PIGNUS vel in GENERE vel in SPECIE proponitur.

LIB. XX.

## LIB. XX.

## TIT. I.

DE

PIGNORIBUS ET HYPO-  
THECIS ET QVALITER EA CONTRA-  
HANTUR ET DE PACTIS  
EORUM.

PIGNUS in GENERE est jus in rebus  
debitoris creditoris in securitatem cre-  
diti constitutum. a)

a) Hahn. *de jure rer. concl. 45.*

Dividitur I. in VOLUNTARIUM &  
NECESSARIUM. a)

a) Wesenb. *in π. de pign. a. 2. n. 4.*

VOLUNTARIUM privatorum arbitrio constituitur. Et est rursus vel CONVENTIONALE, quod contractu aut pacto a) vel TESTAMENTARIUM, quod ultimâ voluntate perficitur.

a) *Contractu pignus, pacto verò hypotheca* constituitur §. 7. *J. de att. Hahn. d. 1.* *concl. 47.* Illud retensionem l. i. b. t. l. 20. §. 1. π. *de evict.* Hæc actionem hypothecariam operatur §. 7. *J. de att. l. i. C. comm.* *de leg.*

NE-

NECESSARIUM vel LEGALE est vel  
PRÆTORIUM,

DE LEGALI postea.

PRÆTORIUM jussu Prætoris consti-  
tuitur.

Estque vel PRÆTORIUM IN SPE-  
CIE, vel JUDICIALE. ILLUD decre-  
tō magistratū ad contumaciam debito-  
ris ex primo decreto coercendam a)  
HOC à magistratu latâ sententiâ pro ejus  
executione b) conceditur.

a) veluti in cautione damni infecti l. 4. s. 1.  
l. 15. n. de damn. infect. &c in casu non-  
dum præstitæ cautionis l. 14. Et t. t. n. ut  
leg. serb.

b) veluti in captione pignorum, ex causâ  
judicati l. 15. n. de re jud. & missione vi-  
ctoris in possessionem l. 2. l. 3. C. qui pot.  
in pign.

Dividitur II. in GENERALE, quod  
omnia bona mobilia & immobilia, etiam  
incorporalia & futura; & SPECIALIA,  
quod certa solum bona afficit. a)

a) Divisio hæc non est pignoris *in genere*, sed  
salem *conventionalis*. Nam omne legale  
conventionale est. Franz. b. n. 12. vid. ta-  
men Hahn, ad Wesenb. b. n. 3.

PIGNO-

PIGNORIS in SPECIE exhibentur  
tum CONSENTANEA tum DISSEN-  
TANEA.

CONSENTANEA & CAUSAS &  
EFFECTUS exhibent.

CAUSA vel est FORMALIS vel MA-  
TERIALIS.

## TIT. II.

IN QVIBUS CAUSIS PIGNUS  
VEL HYPOTHECA TACITE  
CONTRAHITUR.

CAUSA FORMALIS modum con-  
stituendi continet, quod pignus non  
solum EXPRESSE, sed etiam TACITE  
constituatur. Hoc LEGALE appella-  
tur.

Est autem LEGALE quod à lege vel  
sola, a) quod PURUM, vel cum homi-  
nis facto, b) quod MIXTUM audit, con-  
stituitur.

a) Tale competit pupillis in bonis tutorum,  
prototorum l. 2o. C. de adm. tut. liberis in  
rebus patrum l. 6. §. 2. Et ult. C. de bon.  
que lib. maritis in uxorum vel uxoribus  
in maritorum bonis l. un. §. 1. C. de R. I. A.

§. 29. *J. de action.* vid. Hahn, *de jure rer.*  
*Concl.* 49.

b) quale locator in inventis & illatis in prædiūm urbanum habet. *arg. l. 2. l. 4. & l. 6. b.t.*

## TIT. III.

QVÆ RES PIGNORI VEL HY-  
 POTHECÆ DATAE OBLIGARI  
 NON POSSUNT.

CAUSA MATERIALIS de rebus pi-  
 gnori dandis tractat. De quibus est  
 regula: Quæ vendi, etiam oppignorari  
 possunt. a)

a) *l. 9. §. 1. de pign.* Excluduntur igitur res  
 extra commercium *l. 1. §. 2. b.t.* fundus  
 dotalis *t. t. π. de fundo dotali res feudales.*  
*2. F. 55.*

EFFECTUS partim in PRÆLATIO-  
 NE, partim in DISTRACTIONE con-  
 spiciuntur.

## TIT. IV.

QVI POTIORES IN PIGNORE  
 VEL HYPOTHECA HABEANTUR,  
 ET DE HIS, QVI IN PRIORUM CRE-  
 DITORUM LOCUM SUCCE-  
 DUNT.

Cir'

**C**IRCA PRÆLATIONEM nota Regula:  
lam: Qui prior tempore potior ju-  
re. a)

- a) l. 8. l. 10. b. t. Neguz. de pign. p. 5. pr. memb.
- 2. n. 11. & n. 39. quod procedit, quando  
sunt pares in causa; alias secus se res habet.  
vid. Gail 2. Obs. 25.

## TIT. V.

DE

DISTRACTIONE PIGNORUM  
ET HYPOTHECARUM.

**D**ISTRACTIO pignoris fit vel à DE-  
BITORE vel à CREDITORE.

DEBITOR jure suo vendit ut quivis  
alius dominus a)

- a) salvo tamen pignoris jure l. 9. C. de pign.  
l. 12. C. de distract. pign. nisi à creditore  
pactum de non vendendo sit appositum,  
contra quod si fiat, nulla est venditio. l. 7.  
§ fin. b. t.

CREDITOR aut JUDICIALITER  
aut EXTRAJUDICIALITER vendit. Si  
JUDICIALITER pignus sub hastâ distra-  
hitur, ipse creditor a) admittitur, aut in-  
Possessionem mittitur b) & dominium.

G 2      in-

interdum adjudicatur. c) Si EXTRA-JUDICIALITER & bona fide d) & so-lenniter e) alienatio fieri debet.

a) sc. si tantum offerat, quantum extraneus  
l. 2. C. si in caus. jud.

b) l. 3. C. de execut. reijud.

c) l. fin. C. si in caus. jud pign. autoritate  
sc. principis, cuius aditione ideo erat  
opus, quia magistratus ut non heredem;  
ita nec dominum facere potest. Franz.  
b. n. 94.

d) l. 9. C. b. t.

e) Hic distinguendum, ut siquidem simplici-  
ter pignus constituitur, unica denunciatio  
cum lapsu biennii; si cum pacto de alie-  
nando, denunciatio nulla; si de non alie-  
nando, tria requiritur. l. fin. C. de jure  
dom. impetr.

Inter EFFECTUS pignoris etiam  
PERSECUTIO refertur, quæ fit vel RE-  
MEDIIS POSSESSORIIS a) vel PETI-  
TORIIS.

a) veluti Interdicto Salviano, & Ne vis fiat &c.  
de quibus suo loco.

REMEDIA PETITORIA ex ACTIO-  
OE SERVIANA & QVASI SERVIA-  
NA constant.

ACTIO SERVIANA est actio prætor-  
ria,

ria, realis, rei persecutoria, arbitraria, qua experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur.

ACTIO QVASI SERVIANA est actio prætoria, realis, rei persecutoria, arbitraria, quæ creditores pignora hypothecasve persequuntur. a)

a) §. 7. *f. de aet.* ut in possessionem, donec debitum principale sit præstitum, mittantur l. 10. *in fin. m. de pign.*

## TIT. VI.

# QVIBUS MODIS PIGNUS VEL HYPOTHECA SOL- VITUR.

**L**ISSENTANEA modos pignus dissolvendi continent.

SOLVITUR autem solutione debiti principalis, a) rei interitu, b) tempore, c) remissione, d) & aliis modis. e)

a) *naturali & ciibili*; puta compensatione, novatione, acceptilatione. l. 5. l. 6. b. t. l. 3. C. *deluit. pign. l. 11. s. 1. π. depign. att. l. 18. π. de nobat.*

b) *l. 8. b. t. intelige totali. minimè verò, si*

G 3 res

- res solum sit mutata, l. 16. §. 2. <sup>de</sup>  
pign.  
c) l. 5. b. t.  
d) vel expressâ l. 7. § 1. b. t. vel tacitâ, quæ fit  
tum per pignoris redditionem l. 3. π. de  
pact. tum per consensum in ejus alienatio-  
nem præstitum l. 8. §. 6. l. 15. b. t. Nuda  
vero scientia hic nihil operatur.  
e) vid. Franz. Eckole. Struv. & Dd. commu-  
niter ad b. tit.

## LIB. XXI.

## TIT. I.

DE

ÆDILITIO EDICTO, ET  
REDHIBITIONE, ET QVANTI  
MINORIS.

**R**EDHIBITIONES EDICTO ÆDI-  
LITIO proponuntur, cuius duo præ-  
cipue dantur capita:

PRIMO emptoribus succurritur, ne  
ob vitia rerum venditarum decipi-  
tur. a)

a) l. 1. §. 1. seqq. b. t.

Unde triplex venit actio: REDHIBI-  
TO-

TORIA, QVANTI MINORIS, ET IN  
FACTUM.

ACTIO REDHIBITORIA est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei a) emtori contra venditorem ad rem vitiosam venditam recipiendam & pretium restituendum b) competens. c)

- a) nisi ubi in duplum datur ob contumaciam, tūm enim fit actio hæc arbitraria l. 4. b. t.
- b) cum usuris l. 27. b. t. & interesse, si vitium scivit l. 13. π. de A. E. & interdum ad duplum ob contumaciam l. 45. b. t.
- c) intra sex menses ob vitia rerum, & intra 60. dies ob ornamenta l. 19. §. 4. l. 38. b. t.

ACTIO QVANTI MINORIS (ÆSTIMATORIA) est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, quā emtor agit a) contra venditorem, ut de pretio tantum, quanti minoris emtor rem, si vitium scivisset, emisset, restituat.

- a) & quidem intra annum utilem l. 19. §. fin. l. 38. b. t.

ACTIO IN FACTUM est actio præ-

G 4

to-

toria, personalis, rei persecutoria, emtori contra venditorem, ad pretium re venditâ rcstitutâ a) recuperandum competens.

a) Hic non quæritur, an justè vel injustè, sed tantum an facta sit redhibitio. l. 31, §. 17.  
h. t. Scotan. h. t.

**ALTERO CAPITE** cavetur, ne quis canem, lupum, leonem &c. ibi habeat, ubi vulgo iter fieri solet, a)

a) l. 40. seqq. h. t.

Unde descendit ACTIO ÆDILITIA, quæ est actio præatoria, personalis, pœnalis, arbitraria, quæ adversus eum, qui canem, aprum &c. in itinere publico habuit, competit, ut si liber homo ex ea re perierit, CC. solidi, si nocitum sit, quantum æquum judici videbitur, in cæteris rebus verò duplum damni dati præstetur.

### TIT. II.

DE

### EVICTIONIBUS ET DUPLÆ STIPULATIONE.

**E**VICTIO est rei nostræ ab alio pos.

possessæ per judicem facta recuperatio.

Praestatur vel ex negotii NATURA,  
vel ex STIPULATIONE, unde vel illius  
negotii ACTIO a) vel ACTIO EX STI-  
PULATU descendit. b)

- a) quæ est *quasi naturalis*, cum evictionis præstatio emptioni venditioni & negotiis adfinibus quasi proprietas quædam inhæreat.  
Franz. b. n. 840. Unde actio ad pretium, interesse & expensas datur. Struv. b. th. 18.
- b) quæ est *quasi accidentalis*, cui aliter locus non datur, quam interposita stipulatione.  
l. 27. b. t. Franz. b. n. 838.

Sed re evictâ non solum emtori contra venditorem comparata est ACTIO, sed & si venditor forte rem à se venditam evincere conatur, adversus eum datur EXCEPTIO. a)

- a) Quem enim de evictione tenet actio, eundem agentem multo magis repellit exceptio. l. 176. §. 1. π. de R. J. Quæ est exceptio retentionis ratione preti: l. 14. C. de evict. l. 18. §. 1. π. de perit. & commodo rei h. modo lis serio ex jure præsenti realiter sit mota. Franz. de evict. num. 7. 6.

Mudæus de act. empt. Rubr. quomodo debet  
vict. cabendum. n. 10.

## TIT. III.

DE

EXCEPTIONE REI VENDITÆ  
ET TRADITÆ.

**E**st autem hæc EXCEPTIO peremptoria, emtori contra venditorem rei alienæ, ex dominio posteà quæsito rem vindicantem competens. a)

a) vid. l. 1. s. 1. l. fin. s. 1. b. t. l. 73. m. de  
ebit.

## LIB. XXII.

## TIT. I.

DE

USURIS ET FRUCTIBUS ET  
CAUSIS ET OMNIBUS ACCES-  
SIONIBUS ET MORA.

**U**SURÆ sunt quantitates sortia a) acceptentes, in re ejusdem generis b) præstandæ.

a) i. e. rei principaliter debitæ. Unde usuræ  
usurarum prohibentur l. 29. b. l. fin. C. eod.  
Wis-

Wissenb. b. th. 4. puta, eodem manente debitore. Eo vero mutato, quæ antea erant usuræ, nunc induunt fortis naturam.  
l. 7. §. 12. l. 28. §. fin. π. de adm. tut.

- b) Nam in re diversi generis non est propriè loquendo usura, sed aliquid promissum vel datum loco usuræ. l. 14. l. 16. C. b. 6.

Dividuntur in PUNITORIAS, quæ ob moram vel violatum contractum; COMPENSATORIAS, quæ ob usum rei alienæ & LUCRATORIAS, quæ ob meum lucrum exiguntur. a)

- a) Punitorie & compensatoria licitæ, lucratorie illicitæ habentur. Conf. Hahn. b. n. 5. Wissenb. th. 3. Et punitoria quidem debentur, etiam si non sint promissæ. Struv. h. th. 44. compensatoria vero non aliter, quam si promissæ fuerint, pura in contractibus bonæ fidei l. 5. C. de patt. jur. emt. & vend. nam in stricti juris negotiis etiam quoad punitorias promissio requiritur. l. 3. C. h. t. quæ aut sit pacto aut stipulazione. Si pacto, rūm vel actio vel exceptio, prout in continentali aut ex intervallo illud contractui adjicitur; si stipulatione, ex stipulatu actio nascitur.

FRUCTUS sunt commoda, quæ ex re vel ejus occasione obveniunt.

G 6

Sunt-

Suntque vel CIVILES vel NATURALES.

CIVILES non ex ipso rei corpore,  
sed occasione ejus percipiuntur. a)

a) *l. 121. n. de V. S. ut pensiones, mercedes, annui redditus &c.*

NATURALES sunt, qui ex ipso rei corpore proveniunt.

Hi vel sunt NATURALES IN SPECIE, quos natura immediate; a) vel INDUSTRIALES, quos natura mediante operâ vel industriâ humanâ producit. b)

a) ut: poma, pira, fœnum, lac & similia.

b) ut: frumenta, legumina & alia.

MORA est solutionis faciendæ vel recipiendæ frustratoria dilatio. a)

a) Wissenb. b. th. 13. Conf. Arum. *de mora. c. 2. n. 12.*

Eftque vel ex RE a) vel ex PERSONA. b)

a) quæ venit ex tardâ solutione, v.g. ex die obligationi adjecta. Dies enim pro homine interpellat. *l. 12. C. de contrah. stipulat.*

b) quæ fit per interpellationem *l. 31. b. t. etiam unicam l. 87. §. 1. n. de leg. 2. l. 122. §. 8-*

*§. Seja. π. de V. O. l. 3. §. 1. π. quodvis aut clam.*

## TIT. II.

DE

## NAUTICO FOENORE.

**P**eculiare genus usurarum est FOE-  
NUS NAUTICUM, quod ex pecuniâ  
trajectitiâ, quæ periculo creditoris trans  
mare vehitur, debetur.

Estque vel VERUM, quod ex verâ, vel  
QVASI, quod ex quasi trajectitiâ pecu-  
niâ, si forte creditor suscipiat periculum  
pecuniæ transferendæ per loca pericu-  
la & infesta, exigi potest. a)

a) Wissnb. b. in fin.

## TIT. III.

DE

PROBATIONIBUS ET PRÆ-  
SUMPTIONIBUS.

**P**ROBATIO est negatæ intentionis ar-  
gumentis legitimis ad fidem judici fa-  
ciendam confirmatio. a)

a) Strauch, *dissert. 25. th. 8. Confessio* igitur  
& *Jurandum* non sunt probationes,

G 7                    li-

licet effectum probationis habeant. Wissenb. b. t. th. 4.

### Dividitur in ARTIFICIALEM & IN-ARTIFICIALEM.

ARTIFICIALIS est, quæ fit argumen-  
tis rei ipsi inexistentibus, iisque vel NE-  
CESSARIIS (PHYSICIS) a) vel PRO-  
BABILIBUS, unde PRÆSUMPTIO  
oritur.

a) v. c. coivisse eam, quæ peperit; non pro-  
misisse Kalendis Lutetiae, qui eo die fuit  
Romæ.

Est autem PRÆSUMPTIO probatio  
per argumenta probabilia facta.

Estque vel HOMINIS vel JURIS.

PRÆSUMPTIO HOMINIS est, quâ  
à judice argumentis probabilibus ex  
ipsius negotii qualitatibus extra jus quid  
inducitur; a)

a) Elegans exemplum extat in l. 12. b. t. vid.  
Wissenb. b. tb. 10. Rennem. jurispr. Rom.  
Germ. membr. 4. diff. 26. tb. 26.

PRÆSUMPTIO JURIS est, quâ à ju-  
re a) ex probabilibus rationibus b) ali-  
quid inducitur.

a) vel cibili vel naturali. Strauch, differt. 25.  
tb. 33.

b) Il-

b) Illæ rationes civiles his ferè nituntur Regulis.  
 (1.) *Naturalia semper præsumuntur adesse.*  
 (2.) *Præsumitur res in eodem statu.* (3.) *Præsumptio debet fieri in meliorem partem.* vid.  
 Alciat. & Menoch. de *præsumpt.*

Estque vel JURIS & de JURE, vel JULI  
 RIS tantum. ILLA ex certis & necessa-  
 riis; a) HÆC ex probabilibus b) oritur  
 argumentis.

- a) *I. 6. n. de his qui sui vel al. I. 3. §. i. 2. de suis  
 & leg. hered.* Hæc plenam facit fidem,  
 adeo ut nec contrariam admittat proba-  
 tionem. *I. 3. C. ad 8. et Vellej.*  
 b) *I. 3. C. de codicill.* Hæc contrariâ probatio-  
 ne eliditur, *§. 1. 1. 3. de Inutil. stipulat.* ibiq;  
 Ludvvell.

PROBATIO INARTIFICIALIS est,  
 quæ fit argumentis extrinsecus assump-  
 ptis, nimirum per INSTRUMENTA &  
 TESTES.

#### TIT. IV.

DE

#### FIDE INSTRUMENTORUM ET AMISSIONE EORUM.

INSTRUMENTA sunt scripturæ, qui-  
 bus

bus judici intentionis nostræ facimus fidem.

Suntque vel PUBLICA vel PRIVATA.

PUBLICA sunt, quæ authoritate publica sunt confecta.

HÆC rursus vel VERE sunt PUBLICA vel QVODAMMODO. a)

a) Rennemann. *in Jurispr. Rom. Germ. membr. 4. diff. 25. th. 7.*

VERE PUBLICA vel ab ipso magistratu sunt confecta, vel actis publicis insinuata. a)

a) quæ plenè probant, nec contrariam admittunt probationem. *I. ult. C. de re jud. l. 19. C. de testam.* imo probationes probatae dicuntur Baldo. *Confl. 400. lib. 5.*

QVODAMMODO PUBLICA ab ipso quidem magistratu non sunt confecta, certas tamen solennitates ad sui perfectionem requiriunt. a)

a) ut Instrumenta Notariorum. *l. 17. C. de fide instrum. No 6. 44. pr. No 6. 47.* & ea quæ trium testium subscriptione sunt munita. *l. 11. C. qui pot. in pign.* Hæc contrariam probationem recipiunt. Rennemann. *d. b. apb. 16.*

PRJ-

PRIVATA privatæ personæ authoritate nituntur. a)

- a) Huc referuntur libri rationum, chirogramphum, lapocha, antapocha, de quibus vid. Hahn, ad VVsenb. n. 1. verb, scripturarum autem privataram. Hæc instrumenta probant contra scribentem, si de iis constat, sed non pro scribente l. 5 l. 7 C. de probat, adde Struv. Exerc. 28. th. 24.

## TIT. V.

DE

## TESTIBUS.

TESTIS est persona, de facto alieno controverso in Judicio fidem a) faciens.

- a) cui magis creditur, quam testimoniiis l. 3. §. 3.  
4. π. de testibus.

Estque vel omni exceptione major vel non; Ille est, cui nulla exceptio a) opponi potest.

- a) nec ratione personæ nec dictorum. Farinac.  
de testibus q. 62. n. 1. seqq.

Hic est is, qui exceptionem pati tenetur.

Omnès testes esse possunt, exceptis iis,  
qui

qui vel IMPEDIUNTUR vel PROHIBENTUR.

IMPEDIUNTUR furiosi, infantes, muti & surdi natura, PROHIBENTUR ABSOLUTE, servi, usurarii manifesti, banniti, damnati repetundarum, adulteri, senatu moti; SECUNDUM QVID mulieres in testamentis, judices, assessores in causâ, in qua cognoscunt, advocati in causâ, in qua patrocinium præstiterunt, & alii plures. a)

a) quos passim notant Dd.

Cum vice probationis sit IGNORANTIAE præsumptio a) ideo subjetur.

a) Wesenb. b. n. I.

### TIT. VI.

DE

## JURIS ET FACTI IGNORANTIA.

**I**GNORANTIA a) est scientiæ privatio.

a) in sensu stricto, quomodo *Nescientia*, quæ est scientiæ negatio, & *Errori*, qui opinio-

nem veritati contrariam notat, opponitur. Sed hæc differentia in legibus non attenditur, ubi error & ignorantia pro iisdem accipiuntur. Hahn. ad VVesemb.  
b. n. 1.

**IGNORANTIA** (latè accepta) vel est JURIS vel FACTI.

**IGNORANTIA JURIS** est, cum is, qui quidem facti scientia pollet, jus tamen sibi competens ignorat. a)

a) C. J. A. b. aph. 2. ubi in not. multa sub-  
jiciuntur exempla. Hinc duæ regula:  
I. *Juris ignorantia nocet acquirere volunti-  
bus.* l. 7. l. 8. l. 9. § 3. π. b. t. minoribus, fœmi-  
nis, militibus & rusticis exceptis, nisi sit i-  
gnorantia juris naturalia. l. 38. §. 2. ad L. Jul.  
de adult. l. 2. C. de in jus vocando. II. *Juris  
ignorantia in damnis amittenda rei sua non  
nocet* d. l. 7. 8. b. t.

**IGNORANTIA FACTI** est, cum quis aliquid factum esse ignorat. a)

a) Wefenb. b. n. 3. C. J. A. b. aph. 5. Nota  
Regulam: *Ignorantia facti non nocet* l. 4.  
b. t. intellige, si sit factum alienum, secus si  
proprium. Struv. b. ih. 60. Scientia autem  
neque curiosissimi, neque negligentissimi  
hominis est accipienda, verum ejus, qui  
eam rem, diligenter inquirendo notam ha-  
bere possit l. 9. § 2. b. t.

JU-

JUDICIIS PESONALIBUS  
ACCESSORIIS adjecti sunt CONTRACTUS certo hominum generi PROPRII, veluti NUPTIÆ, & duo QVASI CONTRACTUS, TUTELA & CURA, item ADITIO HEREDITATIS.

NUPTIARUM tria tempora spe-  
ctanda sunt, PRÆCEDENS, INTERCE-  
DENS, SUCCEDENS. a)

a) vid. Jacob, Gothofr. ser. or. de nupt. pag.  
*m. 90.*

TEMPUS PRÆCEDENS respicit  
SPONSALIA, RITUS NUPTIARUM,  
DOTES, PACTA DOTALIA.

## LIB. XXIII.

### TIT. I.

DE

## S P O N S A L I B U S.

**S**PONSALIA sunt mentio & re promis-  
sio a) futurarum nuptiarum.

a) per mentionem interrogationem, per re-  
promissionem responsonem intelligimus.  
Nam

Nam olim per stipulationem celebrabantur sponsalia, vid. Bach, *ad Treutl. Vol. 2. disp. 6. lit. b.* sed hodiè nudo consensu flunt. *I. 4. C. de sponsal.*

## TIT. II.

DE

## RITU NUPTIARUM.

**N**UPTIÆ seu matrimonium est viri & mulieris conjunctio, a) individuam b) vitæ consuetudinem continens.

a) quæ continet vim internam obligandi contrahentes ad procreationem sobolis & ad mutuum adjutorium. Concurrit igitur consensus animorum & copula corporum. Illa ad esse nuptiarum *constitutibum l. 30. n. b. t.* hæc ad esse *consecutibum pertinet l. 220. s. 3. n. de V. S.*

b) videlicet ratione *intentionis* contrahentium, non vero *eventus*. Ex accidenti enim fieri potest, ut nuptiæ dissolvantur,

TIT.

## TIT. III.

DE

## JURE DOTIUM.

DOS est jus a) marito in rebus dotalibus constante matrimonio pro oneribus ejusdem constitutum. b)

a) & quidem *universale*, quia dos est universitas non quidem juris aut facti, sed *mixta*. Hahn. ad VVesénb. b. num. 2. *verb. dos*, *inquit*.

b) & quidem *expressè*, ut constet de qualitate dotali extrinsecus quippe rei superveniente. Igitur *tacite* non constituitur, licet constituta eo modo renovetur l. 13. l. 30. l. 40. *b.t.*

Dividitur in PROFECTITIAM & ADVENTITIAM.

DOS PROFECTITIA est, quam filia à patre vel parente a) accipit.

a) Non enim jus potestatis, sed *parentis nō men* dotem profectitiam facit. Struv. b. tb. 4.

DOS ADVENTITIA est, quam filia non ex rebus parentum sed aliunde accipit. a)

a) Weseab. b. n. 3.

TIT.

## TIT. IV.

DE

## PACTIS DOTALIBUS.

**I**nterdum de DOTE PACTA conficiuntur, DOTALIA dicta, quæ nihil aliud sunt quam pacta de restitutione & acquisitione dotis vel donationis propter nuptias inita.

Suntque vel SIMPLICIA, quæ verbis conventionum; vel MIXTA, quæ verbis ultimarum voluntatum sunt concepta. a)

a) Struv. b. aph. 19. Dn. Schwendend, ad Eccl. kolt. b. verb. patta.

## TIT. V.

DE

## FUNDO DOTALI.

**A**LLENATIO tamen rei dotalis marito est prohibita. a)

a) pr. 9. quib. alien. lic. intellige, si voluntarie res immobilis etiam taxationis causa æstimata alienetur. Valet igitur in rebus mobilibus l. 42. w. l. 3. C. de jure dot. l. 3. s. 2. π de suis & leg. hered. & immobilibus conditionis causâ æstimatis.

Vinn.

Vinn, ad pr. 3. quib. alien. lic. n. 1. nec  
non si necessario fiat. l. 1. pr. b. l. 2. C.  
*eod.*

TEMPUS NUPTIARUM INTER-  
CEDENS continet DONATIONES  
CONJUGUM, eorumque MALOS  
MORES, unde DIVORTIA veniunt,  
quibus ACTIONES SOLUTO MA-  
TRIMONIO exercendæ adduntur.

## LIB. XXIV.

## TIT. I.

DE

DONATIONIBUS INTER  
VIRUM ET UXOREM.DONATIONES HÆ illicitæ  
(sunt. a)

a) l. 1. l. 2. b. t. nisi sint remuneratoria l. 32.  
§. 14. l. 7. §. 1. b. t. vel ad dignitatem adi-  
piscendam factæ. l. 40. seqq. b. t. vel morte  
donantis aut etiam juramento confirma-  
tæ l. 32. §. 3. π. l. 24. l. 25. C. b. t. Sed &  
si accipiens locupletior non fiat, valet do-  
natio l. 5. §. 8. 10. & 17. l. 7. §. 1. l. 25.  
b. t.

Ex

Ex MALIS MORIBUS CONJUGUM veniunt DIVORTIA.

## TIT. II.

DE

## DIVORTIIS ET REPUDIIS.

**D**IVORTIUM est matrimonii dissolutio. a)

a) *I. 101. §. 1. l. 191. π. de V. S.* ibique Goedd. Alber. Gentil.

Fitque vel BONA GRATIA, utroque conjugum volente a) vel alterutro IN. VITO. b)

a) *Nob. 21. cap. 4.*

b) legitimis tamen ex causis vid. *I. 8. C. de repud.* Nunc vero duæ tantum sunt receptæ, adulterium *c. 19. Cap. 32. qd. 5.* & malitiosa desertio. d. *Nob. 22. cap. 4.* *1. Corinth. 7.*

A DIVORTIO differt REPUDIUM, quod est sponsaliorum dissolutio. a)

a) *d. I. 101. §. 1. l. 191. π. de V. S.*

TEMPUS NUPTIARUM SUCCEDES DENS spectat quædam REMEDIA vel à parte UXORIS, vel à parte MARITI, vel ab UTRAQVE parte adhibenda.

H.

TIT.

## TIT. III.

SOLUTO MATRIMONIO DOS  
QVEMADMODUM PE-  
TATUR.

**A** PARTE UXORIS soluto matri-  
monio a) pro dote repetendâ intro-  
ducta est ACTIO REI UXORIÆ IN  
ACTIONEM EX STIPULATU  
TRANSFUSA , quæ est actio civilis,  
personalis, rei persecutoria, bonæ fidei, b)  
quà mulier aut parens ejus dotem repe-  
tunt. c)

a) Nam si dos sit data ob matrimonium, quod  
non est secutum, vel *Conditio vel Vindica-*  
*tio* locum habet. Struv. b. th. 47.

b) ob specialem legis sanctionem in l. un. C.  
de R. U. A. & in §. 19 f. de att.

c) Re sc. consumptâ l. un. C. de rei uxor. att.  
Ea enim extante Vindicatio competit.

## LIB. XXV.

## TIT. I.

DE

IMPENSIS IN RES DOTALES  
FACTIS.

A PA-

**A** PARTE MARITI occurrit IMPENSARUM REPETITIO, quas ipse fecit in res dotaes. Ubi distincte procedendum. Nam FRUCTUUM expensas fert ipse maritus. a) Quæ verò in REM sunt factæ illæ siquidem sunt NECESSARIÆ, minuunt dotem ipso jure b) si UTILES retentio fit per exceptionem c) si VOLUPTUARIÆ ablato solum permittitur. d)

a) quia compensantur cum fructibus. l. 3.  
§. 1. b.

b) l. 5 b. l. 56. §. 3. *de jure dot.*

c) sc. dolimали sic accipe. l. 7. §. 1. h. t. modo voluntate mulieris sint factæ. l. 8. b.

d) sed non aliter, quam si sine lexione res separari possit. l. 9. h. t.

Ab ULTRAQVE tandem PARTE actiones competunt vel RERUM vel LIBERORUM nomine.

RERUM nomine ACTIO RERUM AMOTARUM datur.

### TIT. II.

DE

### ACTIONE RERUM AMOTARUM.

H 2

ACTIO

**A**CTIO RERUM AMOTARUM a)  
est actio civilis, b) personalis, arbitria,  
c) rei persecutoria, quā inter illos,  
qui quondam conjuges erant, ad res con-  
stante matrimonio amotas d) repetendas  
agitur.

a) non *furtīas*, ob reverentiam memoriam  
que societatis, in quā vixere conjuges. l. 1.  
l. 2. b. t.

b) vid. l. 1. l. 2. b. t. Wissenb. b. th. 6. Dn.  
Schvvendend. in not. ad Eckolt. §. 3. verb.  
est *Editūm perpetuum*.

c) Wissenb. d. l. stricti juris esse hanc actio-  
nem existimat. Sed minus recte, quia ex  
delicto descendit, cuiusmodi quae sunt, ar-  
bitrarias esse egregie tuetur Bicc. s̄ct 5. rer.  
quotid. n. 24. seqq.

d) alias furtī actio nascitur.

LIBERORUM nomine variæ compe-  
tunt actiones vel respectu SUSCEPTO-  
RUM vel SUSCIPENDORUM.

### TIT. III.

DE

AGNOSCENDIS ET ALENDIS  
LIBERIS, VEL PARENTIBUS, VEL PA-  
TRONIS, VEL LIBERTIS.

DE

**D**E NATIS LIBERIS duo facta sunt  
SCTA. Primum est PLAUTIA-  
NUM, in cuius priore parte mulier facto  
divortio, intra 30. dies nunciare marito  
debet, se esse prægnantem, quo facto, ma-  
ritus aut custodes ad ventrem servan-  
dum mittere, aut, quod mulier ex se non  
sit prægnans, denunciare debet. a) In  
secundâ verò de illis, qui falsum partum  
subjiciunt, agitur. b) Secundum, quod  
tempore Divi Hadriani est conditum,  
disponit, ut etiam si constante matrimo-  
nio partus sit editus, de eo agnoscedo  
agatur. c)

a) *L. 1. pr. & §. 4. b.t.*

b) *Wesenb. b.n. 3.*

c) *L. 3. §. 1. b.t.*

Unde descendit ACTIO de PARTU  
AGNOSCENDO, quæ est actio præju-  
dicialis uxori adversus maritum, ad par-  
tum ex se editum, tanquam suum agno-  
scendum a) competens.

a) unde porro ad alimenta obstringitur *L. 4.*

*b.t.* sicut & ex pietatis ratione liberi ad  
alendos parentes obligantur *L. 5. §. 16. b.t.*

Patroni etiam à libertis d. l. 5. §. 18. & h̄i ab illis l. 6. b. alimenta exigunt.

Circa NASCITUROS occurrit, quod venter vel sit INSPICIENDUS vel in POSSESSIONEM MITTENDUS.

## TIT. IV.

DE

INSPICIENDO VENTRE, CU-  
STODIENDOQUE PARTU.

**I**NSPECTIO fit, ut sciatur prægnans fit nec ne mulier. Quā de re duobus in casibus quæritur, vel si divortio factō mulier se prægnantem esse neget a) vel si mortuo marito se prægnantem esse af- firmet b)

a) l. 1. pr. & §. 1. b. t.

b) l. 1. §. 10. b. t.

## TIT. V.

SI VENTRIS NOMINE MULIER  
IN POSSESSIONEM MISSA, EADEM  
POSSESSIO IN ALIUM TRANS-  
LATA DICITUR.

**S**i constet mulierem prægnantem esse, mittitur illa in possessionem a) quam post.

postea in aliud dolo malo transferre non debet, alias ACTIO IN FACTUM adversus eam in id, quod interest, datur. b)

- a) d.l.1. §.10. de inspic. ventr.
- b) l.1. § 1. seqq. h.t.

### TIT. VI.

SI MULIER VENTRIS NOMINE  
IN POSSESSIONE CALUMNIAE CAU-  
SA ESSE DICATUR.

**S**ed & contra eam mulierem, quæ per calumniam venit in possessionem, ACTIO IN FACTUM personalis, famosa  
 a) in id quod interest competit. b)  
 a) l. 1. § 16 l. 19 n. de his qui not. infam.  
 b) l. 1. § 4. b.t.

### TIT. VII.

DE

C O N C U B I N I S.

**A**d fine NUPTIARUM est CONCUBINATUS, qui est maris & foeminæ conjunctio citra a) affectionem maritalem inita.

- a) sic differre eum à matrimonio per se patet.

H 4

Jam

Jam ad duos QVASI CONTRACTUS, a) quorum prior est TUTELA & CURA, alter HEREDITATIS ADITIO, fit transitus.

a) vid. Tit. de Jur. & fact. ign. in fin.

TUTELA ET CURA proponitur vel ratione Subjecti PROPRII, vel IMPROPRII. ILLO CASU ejus CONSENTANEA & DISSENTANEA exhibentur.

CONSENTANEA IN GENERE & IN SPECIE tractantur.

IN GENERE per DEFINITIONIS explicationem.

## LIB. XXVI.

### TIT. I.

DE

### T U T E L I S.

TUTELA est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per aetatem seipse defendere nequit, jure civilia) data & permissa. b)

a) Est ergo tutela juris civilis, in consideratione relativa; juris naturalis vero in absolutâ. §. pen. J. de Attil. tut.

b) tam

b) tām immediate à lege, & vocatur legitima,  
quām à magistratu. & dicitur dativa. Sub  
permīssā vero testamentaria continetur.  
Franz. b. l n. 10.

IN SPECIE TUTELA tūm CAUSAS  
respicit, tūm EFFECTUS, sub quibus  
etiam ACTIONES tutelæ nomine cō-  
petentes comprehendimus.

CAUSÆ sunt TESTATOR, LEX &  
MAGISTRATUS. Hinc illa in TESTA-  
MENTARIAM LEGITIMAM & DA-  
TIVAM dividitur. a)

a) l. 52. C. de Episc. & Clericis.

### TIT. II.

DE

## TESTAMENTARIA TUTELA.

TUTELA TESTAMENTARIA est,  
quā pater liberis impuberibus & in  
potestate suā constitutis a) testamento  
tutorem constituit.

a) etiam ex heredatis, quia per exhereditationem  
non ipsa P. P. sed effectus ejus solum tolli-  
tur. §. 4. f. de pupill. substit. jund. l. i. §. fin. w.  
de suis & leg. herid.

Estque vel ABSOLUTA, quæ per se  
H 5 sub-

subsistit, de quā hactenus, vel CONFIR-  
MATA.

*TIT. III.*  
DE  
CONFIRMANDO TUTORE  
VEL CURATORE.

**T**UTELA TESTAMENTARIA  
CONFIRMATA est, quæ propter  
defectum aliquem a) Magistratū confirmationem requirit.

a) veluti si tutor sit datus à matre l. 1. b l. 4. *π.*  
*de testam. tut.* vel à parte quidem, sed filio  
emancipato. §. fin. *J. de tut.* vel quidem filio  
familias, sed in testamento non justo. vid.  
Struv. *b. tb. 18. 19.*

*TIT. IV.*  
DE  
LEGITIMIS TUTORIBUS.

**T**UTELA LEGITIMA est, quam lex a)  
certis defert personis.  
a) & quidem *expressè* agnatis, per *interpretationem* verò patronis & parentibus. vid. *t. t.*  
*J. de leg. patron.* & *t. t. de leg. par. tut.*

*TIT. V.*  
DE  
TUTORIBUS ET CURATORIBUS  
DA.

DATIS AB HIS, QVI JUS DANDI HABENT,  
ET QVI ET IN QVIBUS CAUSIS SPE.  
CIALITER DARI POSSUNT.

**T**UTELA DATIVA est, quam magistratus a) alio tute deficiente b)  
constituit.

- a) non vi jurisdictionis ordinariae, sed ex spe-  
ciali concessione legis l. 6. §. 2. de tut.
- b) est enim haec tutela subsidiaria, vid. pr. 3. de  
*Attil. tut.*

Fit autem haec constitutio vel EX OF-  
FICIO a) vel ad PETITIONEM.

- a) si nemo petat, cum intersit reip. ne pupilli  
maneant indefensi. §. pen. 3 de Attil. tut.

### TIT. VI.

**Q**VI PETANT TUTORES VEL  
CURATORES, ET UBI PETANTUR.

**P**E TITIO vel ex NECESSITATE a)  
vel ex LIBERA VOLUNTATE b)  
fieri solet.

- a) *Necessariò petit mater & libertus.* Illa enim si intra annum liberis non petiit tutorem, hereditate se facit indignam l. 2. l. 3. §. fin. b. t. Hic vero, si omisit liberis imputeribus patronorum petere tutorem, extra ordinem punitur. l. 2. §. 1. b. t. *Voluntarie* petunt cognati, affines, familiares, & amici

parentum, item educatores impuberum.  
l. 2. b. t.

EFFECTUS respiciunt ADMINISTRATIONEM, AUTHORITATIS PRÆSTATIONEM, & ACTIONES, quibus ex FACTO TUTORIS vel CURATORIS minores agere vel conveniri possunt.

### TIT. VII.

DE

ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM ET CURATORUM,  
QUI GESSERINT VEL NON ET DE  
AGENTIBUS, VEL CONVENI-  
ENDIS, VEL UNO VEL  
PLURIBUS.

**A**DMINISTRATIONEM suscipiat tutor statim, ubi delatam sibi fuisse tutelam accepit, sed ita ut præstetur SATISDATIO, a) JURAMENTUM b) & conficiatur INVENTARIUM. c)

a) t. t. 7. de fatisdat. tut.

b) l. fin. §. 4. C. b. t.

c) l. 24. C. b. t.

His peractis non solum durante tu-  
telâ talem adhibeat diligentiam, qualem  
qui-

quisvis diligens paterfam. rebus suis adhibere solet a) sed & finita ea b) administrationis gestæ rationes reddat. c)

a) Hinc latam & levem præstabit culpam l. 7.

C. arbitr. tut. l. 10. l. 33. b. t. non etiam levissimam. vid. Ludvv. ad l. 23. de R. f. n. 61. seqq.

b) l. 14. C. b. t.

c) eamque in rem Inventarium conficiat. l. 7.  
b. t.

### TIT. VIII.

DE

## AUTHORITATE ET CONSENSU TUTORUM ET CURATORUM.

**A**UTHORITATIS PRÆSTATIO est approbatio ejus, quod cum pupillo a) geritur.

a) infantie & pubertati proximo, non etiam infante. s. 9. f. de Inutil. stipul. Necesse tamen, ut tutor præsens in ipso negotio authoritatem interponat. s. 2. f. b. t. quomodo authoritatem à consensu differre palam est.

Estque vel NECESSARIA, si conditio pupillorum deterior; vel NON NECESSARIA, si melior sit a) futura.

H 7 a) ni-

a) nisi vel de hereditate adeunda, vel bonorum possessione suscipienda agatur. §. 1. f.  
b. t. cum ita pupilli creditoribus & legatariis obligentur. Struv. b. tb. 43.

## TIT. IX.

QVANDO EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT.

EX FACTO TUTORIS vel CURATORIS minores utilem sibi actionem a) ACQVIRUNT b) & EXCIRE c) coguntur.

a) non directam l. II. π. de O. & A. De utilibus actionibus vide, quæ refert Schifordeghe. lib. 3. tract. 23. qd. 26. & seq. quod in mutuo est secus l. 9. §. 8. π. de R. C.

b) v.g. ad pecuniam exigendam l. 1. b. l. 2. C. eod. & ad rem pecunia pupillari emitam vindicandam d. l. 2. b. t.

c) l. 3. b. modo tutor bona fide contraxerit, alioquin is solus tenetur. Ipse etiam tutor ex contractu pupilli nomine gesto durante tutela convenitur, ea vero finita, etiamsi condemnatus fuerit, ulterius tamen nihil præstat, sed utilis actio judicati adversus ipsum pupillum dirigitur. l. pen. b. t.

DIS-

DISSENTANEA a) SUSPECTI POSTULATIONEM & EXCUSATIONEM continent.

a) vid. *Tit. de concub.*

TIT. X.

DE

SUSPECTIS TUTORIBUS ET CURATORIBUS.

SUSPECTI POSTULATIO est accusatio, qua tutor aut curator propter malae administrationis suspicionem, a) vel ut ab officio removeantur, vel puniantur, b) vel infamia c) notentur, conveniri possunt.

a) etiam ante suscep tam administrationem ortam. §. s. f. b. t.

b. vid. l. 3. §. 15. h. § 9. 10. f. eod.

c) ob dolum; non vero ob culpam. §. 6. f.  
b. ne latam quidem arg. cap. odia de  
R. f. in 6. & l. 7. n. ad L. Cornel. de  
sciar.

LIB.

## LIB. XXVII.

## TIT. I.

DE

## EXCUSATIONIBUS.

**E**XCUSATIO est allegatio a) immunitatis à tutelæ vel curæ onere.

a) sine *appellatione*, nisi post causam excusationis rejectam. *l. i. pr. in fin. n. quand. appelland. §. 16. 3. b. t. Wurm. Nucl. jur. contr. 5. quod in aliis muneribus aliter observatur. Vinn. ad d. §. 16. 3. de excusat. n. 1.*

Estque vel PROPRIA, qua is, qui ipso jure tutor existere potest, se excusat; vel IMPROPRIA, qua is, qui tutor dari non potest, suam inhabilitatem allegat.

EXCUSANTUR tutores & curatores variis ex causis, quales sunt 1. Numerus liberorum. 2. Administratio rei fiscalis. 3. Absentia reip. causa. 4. Potestas. 5. Licet cum pupillo super omnibus bonis. 6. Tria onera tutelæ. 7. Paupertas. 8. Adversa valetudo. 9. Imperitia literarum. 10. Datio propter inimicitias. 11. Inimicitiae capitales tutoris cum patre pupilli. 12. Quæ-

12. Quæstio status mota. 13. Ætas 70. annis major. 14. Minor ætas. 15. Militia. 16. Professio artium liberalium.

PROPRIA curæ EXCUSATIO est partim tutelæ gestio, partim maritalis potestas a)

a) vid. §. i. cum seqq. f. b. t.

Ad EFFECTUM tutelæ a) EDUCATIO PUPILLORUM pertinet.

a) vid. Tit. de tut. & curat. dat.

### T/T. II.

UBI PUPILLUS MORARI  
VEL EDUCARI DEBEAT, ET DE A-  
LIMENTIS EI PRÆSTAN-  
DIS.

EDUCATIO apud matrem fieri debet a) nisi vitricum superinduxerit. b) Is verò, quem pater destinavit, præferendus. c)

a) l. i. b. t.

b) arg. l. 21. C. de administ. tut.

c) l. §. i. b. Struv. h. th. 61.

Fit autem EDUCATIO præstatione alimentorum. a)

a) pro facultatibus pupilli l. i. §. i. b. modum vero Prætor statuet. d.l.

EX

EX TUTELÆ ADMINISTRATIO-  
NE ejusque occasione ACTIO TUTE-  
LÆ oritur, quæ vel PRINCIPALIS est,  
vel ACCESSORIA.

PRINCIPALIS adversus tutorem  
ipsum datur.

Et est vel DIRECTA vel CONTRA-  
RIA.

ACTIO TUTELÆ DIRECTA vel est  
SIMPLEX vel QVALIFICATA.

SIMPLEX a) est actio civilis. persona-  
lis, rei persecutoria, bonæ fidei, quæ fini-  
ta tutela b) pupillo adversus tutorem da-  
tur, ut administrationis rationem reddat,  
reliqua restituat, & damna, quæ culpa e-  
jus contigerunt, resarciat.

a) seu arbitrium. rubr. C. arbitr. tut.

b) l.i. §. fin. l.4. h.t.

### TIT. III.

DE

TUTELÆ ET RATIONIBUS  
DISTRAHENDIS ET UTILI CURATIO-  
NIS CAUSA ACTIONE.

QVALIFICATA (actio de rationibus  
distrahendis) est actio civilis, perso-  
na-

nalis, mixta, bonæ fidei, pupillo adversus tutorem ad duplum ejus, quod ex re pupillari ablatum, nec in rationes relatum est, competens.

## TIT. IV.

DE

## CONTRARIA TUTELÆ ET UTILI ACTIONE.

A CTIO TUTELÆ CONTRARIA est, quæ tutori contra pupillum ad consequendum id, quod ipsi tutelæ occasione abest, datur.

## TIT. V.

DE

## EO, QVI PRO TUTORE PROVE CURATORE NEGOTIA GESSIT.

E Adem ACTIO TUTELÆ, directa & contraria (ob qualitatem novam ACTIO PROTUTELÆ dicta) inter pupillum & PROTUTOREM a) de eo quod alter alteri ex tutelâ præstare tenetur, competit.

a) qualis est, qui bona fide, sed sine mandato negotia pupillaria gerit. I. i. s. i. b.t.

TIT.

## TIT. VI.

**QVOD FALSO TUTORE AL-**  
**THORE GESTUM ESSE DI-**  
**CATUR.**

**I**Setiam, qui cum FALSO TUTORE a)  
 contraxit vel RESTITUTIONEM IN  
 INTEGRUM petere, vel ACTIONEM  
 QVOD FALSO TUTORE ad omne in-  
 teresse movere potest.

a) *Falsus tutor est, qui dolo malo se tutorem  
 simulat. l. 7. b. t.*

**ACTIO TUTELÆ ACCESSORIA**  
 vel est FIDEJUSSORUM vel MAGI-  
 STRATUUM.

**ILLA est EX STIPULATU, HÆC,**  
**ACTIO TUTELÆ SUBSIDIARIA vo-**  
 catur.

## TIT. VII.

DE

**FIDEJUSSORIBUS ET NOMI-**  
 NATORIBUS ET HEREDIBUS TUTO-  
 TORUM ET CURATORUM.

**A**CTIO TUTELÆ EX STIPULATU  
 FIDEJUSSORIA est actio persona-  
 lis, rei persecutoria, qua fidejussores a)  
 tu-

tutorum in id quod interest à pupillis  
conveniuntur.

a) excussis tutoribus Nob. 4. c. i. Gaudent  
etiam beneficio divisionis, si plures à pluri-  
bus dati sunt tutoribus l. 6. l. 7. b. t. secus  
si plures ab uno. l. fin. n. rem pup. salv.  
fore.

## TIT. VIII.

DE

MAGISTRATIBUS CONVE-  
NIENDIS.

**A**CTIO TUTELÆ SUBSIDIARIA  
est actio personalis, rei persecutoria  
pupillis contra magistratus, in constitutio-  
nione tutelæ dolum vel culpam admit-  
tentis, ad omne damnum resarcientium  
competens.

## TIT. IX.

DE

REBUS EORUM, QUI SUB TU-  
TELĀ VEL CURA SUNT, SINE  
DECRETO NON ALIENANDIS VEL  
SUPPONENDIS.

**P**raterea ACTIO REALIS a) in casu  
alienationis rerum ad minores per-  
tinentium, non ritè b) susceptæ, minori-  
bus

bus ad rerum restitutionem faciendam  
competit.

a) quæ pro rei alienatæ qualitate variat, modo  
enim rei vindicatio l. 4. C. de prædiis, minor,  
modo actio publiciana, l. 5. § 2. h. modo  
actio, si ager vectigalis, l. 3. § 4. b. moveri  
poterit.

b) Ut verò ritè procedat alienatio, præter in-  
terventum tutoris vel curatoris 1. justa  
alienandi causa, 2. causæ cognitio, 3. de-  
creti interpositio requiritur. l. v. l. 12. C. de  
præd. Unius omissione nullam facit aliena-  
tionem §. fin. f. q. bib. alien. lic.

Hæc de TUTELA & CURA ratione  
SUBJECTI PROPRII, sequitur ut de ea  
agamus, quæ talis est ratione SUBJECTI  
IMPROPRII, v. g. furiosorum, prodi-  
gorum.

TIT. X.  
DE  
CURATORIBUS FURIOSO  
ET ALIIS EXTRA MINORES  
DANDIS.

**N**ON solum minoribus, sed & furio-  
sis, prodigiis, mente captis, perpe-  
tuo morbo laborantibus, nulla habita-

cta

ætatis, vel alterius conditionis ratione  
dari solet. a)

a) Eandem potestatem habent, quām curatores minorum vid. t. t. *J. de curat.* Hī tamen adolescentibus invitis non obtruduntur *§. 2. J. d. t.* Illi omnino. Donell. 3.  
*cap. 18.*

Hæc de primo QVASI CONTRACTU, TUTELA & CURA, jam de altero.  
Puta HEREDITATIS ADITIONE. a)  
videndum.

a) vid. Tit. *de Jur. & fact. ignor. in fin.* & Tit. *de concub.*

HEREDITATIS ADITIO est quasi contractus unilateralis, stricti juris, quo heres adeundo hereditatem legatariis ac fideicommissariis ad legata & fideicomissa præstanta obligatur.

Competit occasione delatae HEREDITATIS.

DEFERTUR verò vel in TESTAMENTO vel EXTRA ILLUD.

TESTAMENTUM vel in se spectatur, vel quoad ACCESSORIA.

IN SE ut est CONSTITUENDUM,  
& ut est CONSTITUTUM.

Ult

Ut CONSTITUENDUM quoad DEFINITIONEM, SUBJECTUM RECIPIENS & FORMAM.

## LIB. XXVIII.

## TIT. I.

DE

TESTAMENTIS, QUI TESTAMENTA FACERE POSSUNT, ET QVEM.  
ADMODUM TESTAMENTA  
FIANT.

TESTAMENTUM est voluntatis nō stræ a) justa b) sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vellit. c)

a) Unde testamentorum jura per se firma esse oportet, nec debent dependere ex alieno arbitrio. l. 32. 2. de hered. instit. Sic differt à contrariis. l. 31. π. de O. & A.

b) i. e. secundum leges & regulas testamentorum facta. Ludvv. ad pr. f. h. t. n. 3.

c) l. 1. π. h. t. Gerhard. de testam. diff. 1. th. 7.

TIT.

## TIT. II.

DE

LIBERIS ET POSTHUMIS  
HEREDIBUS INSTITUENDIS  
VEL EXHEREDANDIS.

SUBJECTUM RECEPIENS sunt libe-  
ri necessariò instituendi vel nomina-  
tim exheredandi, sive sint nati sive na-  
scituri. a)

a) sed ita, ut ob præteritionem nascituro-  
rum testamentum non sit ipso jure nul-  
lum, sed ob eventum incertum demum  
per nativitatem rumpatur. §. I. J. de ex-  
hered. liber. Præteritio materna quere-  
lam inofficiosi testamenti operatur. §.  
fin. de exhered. lib. Nob. 115. in pr.

FORMA vel REMOTIVE, vel POS-  
ITIVE exhibetur.

ILLO CASU TESTAMENTUM IN-  
JUSTUM, RUPTUM, IRRITUM,  
DELETUM proponitur.

## TIT. III.

DE

INJUSTO, RIPTO, IRRITO  
FACTO TESTAMENTO.

I

TESTA-

**T**ESTAMENTUM INJUS<sup>U</sup>STUM dicitur, quod non jure factum & nullum est. a)

a) quod variè accidit, qua de re vide Dn. Schvendend. in not. ad Eckolt. b. §. 2. verb. *testamentum injustum*.

**R**UMPI<sup>T</sup>UR, quoties illud manente testatore in eodem statu evertitur. Fitq vel AGNATIONE sui heredis, vel TESTAMENTO POSTERIORE. a)

a) §. 1.2. J. quib. mod. test. infirm.

**I**RRITUM fit CAPITIS DEMINUTIONE testatoris. a)

a) *quavis*, etiam minima. §. 4. J. d. t. Se & per *destitutionem* heredis idem accidi §. 1. J. de L. Falc. §. 7. J. de hered. *quaest. int. fl. l. 1. b. t.*

#### TIT. IV.

##### DE

HIS QUÆ IN TESTAMENTO DELENTUR, INDUCUNTUR VEL INSCRIBUNTUR.

**D**ELETUM itidem mutatam voluntatem testatoris indicat. a)

a) modo *deletio fiat consulto & totaliter. l. 1. pr. & §. 1. l. 2. b. t.*

FOR

FORMA TESTAMENTI POSITIVE  
considerata vel est INTERNA VEL EX-  
TERNA.

Illa in HEREDIS INSTITUTIO-  
NE a) consistit.

a) vid. Nucl. Inst. Tit. de Exhered. lib.

Quæ vel PRIMA (in specie sic dicta)  
est, vel ULTERIOR (substitutio)

PRIMA est futuri successoris imme-  
diata designatio.

### TIT. V.

DE

### HEREDIBUS INSTITUEN- DIS.

**O**MNES autem HEREDES INSTI-  
TUI possunt, qui testamenti facti-  
onem passivam habent. a)

a) quæ tribus temporibus spectatur, testa-  
menti conditi, mortis testatoris, & adi-  
tæ hereditatis. §. 4. J. de hered. qualit. pu-  
ta in extraneis heredibus; In suis enim  
tempore testamenti conditi, & mortis te-  
statoris testamenti factionem adesse suffi-  
cit, cum ipso jure citra aditionem here-  
des existant. l. 14. n. de suis & leg. hered.

Removentur peregrini, eservi poen,  
I 2 hostes,

hostes, servi qua tales, Hæretici, Apo-  
statae aliquae plures a)

a) recensiti apud (Gerhard. de testam. disp.  
i. th. 10. & seqq.

## TIT. VI.

DE

VULGARI ET PUPILLARI  
SUBSTITUTIONE.

SUBSTITUTIO est secundi vel ulte-  
rioris heredis in locum deficientis fa-  
cta institutio. a)

a) Ludvv. disp. 8. tb. 3.

Estque vel VULGARIS vel PUPIL-  
LARIS. a)

a) Exemplaris, Compendiosa, Reciproca pe-  
culiares species non constituunt, sed sub  
illis continentur. Eckolt. ad w. b. §. 3.  
& 4.

VULGARIS est, quæ à quocunque  
testatore, cuicunque heredi in casum  
communem non existentium here-  
dum a) fieri solet.

a) sub hac formula: Titius heres est, si  
Titius heres non erit, Caius heres est,  
Casus voluntatis, casum impotentia &  
vice versa comprehendit. Struv. b. tb. 13.  
PL.

PUPILLARIS est vel VERA, vel QVASI.

VERA est, quæ fit à patre liberis im-  
puberibus & in potestate existentibus in  
casum heredum existentium, sed intra  
annos pupillares decedentium. a)

a) Formula est: *Filius meus heres mihi esto.*

*Et si filius meus heres mihi erit, & prius  
moriatur, quam in tutelam suam venerit,  
tunc Sejus heres esto.* Sub expressa pu-  
pillari tacita vulgaris continetur. l. 4.  
b. t.

QUASI PUPILLARIS est, quæ fit à  
parentibus liberis mente captis, in eum  
casum, si heredes erunt & in illâ infir-  
mitate deceferint. a)

a) Formula: *Titius heres esto, & si heres  
eris, sed in illa infirmitate deceferit, Sejus  
heres esto.* Sed & modus in l. 9. C. de  
impub. & aliis subft. expressus observe-  
tur.

FORMA TESTAMENTI EXTRIN-  
SECA est CONDITIO & DIES.

### TIT. VII.

DE

CONDITIONIBUS INSTI-  
TUTIONUM.

I 3

CON-

# CONDITIONALIS INSTITUTIO

a) valet.

a) modo conditio adjecta sit *possibilis* & in potestate sui heredis l. 4. l. 86. n. de *hered. instituend.* *Impossibilis* enim sive naturalis sive legalis detrahitur, & pro non scripta habetur. § 10. f. d. t. quod tamen in *perplexa* est secus. Hæc enim ipsam institutionem vitiat. l. 8. b. t.

## TIT. VIII.

DE

# JURE DELIBERANDI.

DIES Institutioni adjectus pro supervacuo habetur. a)

a) §. 9. f. de *hered. instituend.* intellige si sit certus. Nam *incertus* an & quando, item an tantum conditionem facit. l. 75. n. de C. & D. Vinn. ad. d. § 9. de *her. inst.* n. 6.

Solet etiam DIES heredibus de audeunda vel repudianda hereditate indulgeri. a)

a) Velenim iiquorum interest *urgent aditionem* vel non. Priori casu aut statim heres adire debet, aut tempus ad deliberandum petere, quo casu à Principe annus conceditur, à judicibus novem menses.

menses, l fin. §. 13. C. b. t. Posteriori quan-  
docunque libet vel suscipere vel omitte-  
re eam potest. l. 9. C. d. t.. modo jus  
adeundi non sit præscriptione sublatum.  
Péretz. d. t. n. 7.

Solennis verò testandi FORMA in  
TESTAMENTO MILITARI remittit-  
tur.

## LIB. XXIX.

## TIT. I.

## DE

## TESTAMENTO MILITIS.

**T**ESTAMENTUM MILITARE est,  
quod à militibus a) citra solennita-  
tes b) in expeditionibus c) conficitur.

- a) vel illis, qui militibus inserviunt, & in  
hostico deprehenduntur. l fin. h. t.
- b) ut tamen de voluntate constet. Per nun-  
cupationem igitur faciens testamentum  
duos adhibebit testes. §. 1. J. h. t.
- c) aliud igitur de *limitaneis* & *præsidariis*  
dicendum. Finckelth. Obs. 40. Gail. 2.  
*Obs. 118. n. 13.*

## EFFECTUS TESTAMENTI in HE-

I 4

RE-

REDITATIS ADQUISITIONE <sup>a)</sup>  
consistit.

a) a qua delatio, non secus ac titulus a modo acquirendi habet differentiam.

## TIT. II.

DE

ADQUIRENDA VEL OMIT-  
TENDA HEREDITATE.

**A**LITER EAM SUI, ALITER EXTRANEI acceptant.

SUI ipso jure a) fiunt heredes; EXTRANEI aditione.

a) quoad actum primum, sive nudam existentiam; non etiam quoad actum secundum sive immixtionem. Struv. b. th. 18.

ADITIO est declaratio voluntatis de  
acquirenda hereditate.

Dividitur in ADITIONEM SPECIFICAM, quae verbis, & PRO HEREDE GESTIONEM, quae factis declaratur.

CONTRARIUM ejus ABSTENTIONEM & REPUDIATIONEM con-  
tinet. a)

a) Illa de suis; haec de extraneis heredibus  
praedicatur. S. 5. f. de hered. qualit

AD-

ADQUISITIO dicta non aliter con-  
ceditur, quam APERTO, INSPECTO  
& DESCRIPTO testamento.

## TIT. III.

TESTAMENTA QUEMAD-  
MODUM APÉRIANTUR, INSPI-  
CIANTUR ET DESCRI-  
BANTUR.

**F**Itque APERTURA vel NUDE (sim.  
pliciter) a) vel SOLENNITER. b)  
a) saltem ut constet, an solennitates fint ob-  
servatae. Quod omnibus concedendum  
*l. 1. b. t.*  
b) facta citatione eorum quorum interest,  
nec non testium, ut subscriptiones & si-  
gilla recognoscant. *l. 4. l. 7. b. t.*

## TIT. IV.

SI QUIS OMISSA CAUSA TE-  
STAMENTI AB INTESTATO VEL ALIO  
MODO POSSIDEAT HERE-  
DITATEM.

**A**Perito testamento multi OMISSA  
CAUSA TESTATI ad evitanda on-  
era legatorum ab intestato vel alio  
modo possidere hereditatem malunt.

15

Sed

Sed contra eos comparata est ACTIO LEGATORUM, quæ est actio civilis, a) personalis, rei persecutoria, arbitria, adversus eum, qui in fraudem legatariorum vel fideicommissariorum, omissa causa testamenti, ab intestato vel alio modo hereditatem possidet, ad reliqua nihilominus præstanda competens.

a) vid. omnino Dn. Schwend. *in not. ad Eckolt. b. §. 2. verb. in factum prætoria.*

TIT. V.  
DE

SENATUSCONSULTO SILA-  
NIANO, QUORUM TESTAMEN-  
TA NE APERIAN-  
TUR.

**S**Ed si constet, dominum esse occisum, SCTO SILANIANO & CLAUDIANO cavetur, ut non liceat hereditabulas testamenti aperire aut hereditatem adire, antequam deservis, qui fuerunt sub eodem testo, vel in loco, ex quo domino periclitanti auxilium ferre potuerunt, habita fuerit quæstio. Si contra

contra fecerit, tanquam indigno hereditas aufertur. a)

a) l. 5. §. 2. b. t.

### TIT. VI.

#### SI QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT VEL COEGERIT.

**P**Ariter quoque tanquam indigno eripitur hereditas, qui eam captando ab intestato, impedit, ne testamentum fiat, vel factum mutetur. Fiscum igitur admittendum esse volunt. a)

a) legitimis puta heredibus deficientibus, à quibus fiscus excluditur. l. 10. π. de jure fisc.

Hæc de TESTAMENTO IN SE, a) sequuntur ACCESSORIA, puta, CODICILLI, LEGATA.

a) vid. Tit. decurat. furios. in fin.

### TIT. VII.

#### DE

#### JURE CODICILLORUM.

**C**ODICILLI sunt ultima voluntas minus solennis absque heredis institutione

I 6

tutione

tutione a) de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, facta.

a) *directa* puta. Nam per *fideicommissum* codicillis jure hereditas relinquitur. *l. 2.  
C. b. t.*

Et sunt vel CUM TESTAMENTO, qui naturam testamentorum sequuntur, vel AB INTESTATO, in quibus ab intestato venientes rogati censentur, ut codicillis relictis praestent.

Huc pertinet CLAUSULA CODICILLARIS, quæ est clausula declaratoria ulterioris testatoris voluntatis cum in finem facta, ut dispositio, si jure directo non valeat, in vim fideicommissi valere debeat.

LEGATA proponuntur vel IN GENERE vel IN SPECIE.

IN GENERE in tribus sequentibus libris.

LIB.

## LIB. XXX. XXXI. XXXII.

DE

LEGATIS ET FIDEICOM-  
MISSIS. I.

**L**EGATUM est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda. a)

a) §. 1. f. b. t. vel est donatio testamento relictæ l. 36. de leg. 2. vel est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit. l. 116. de leg. 1.

Omnis legare possunt, quæ testari a)

a) l. 2. de leg. 1. Hinc deportati, filii fam. & similes personæ legandi facultatem non habent. l. 1. §. 1. 2. de leg. 3.

Legari potest omnibus, quæ testamendi factionem passivam habent. a)

a) §. 24. f. b. t. etiam incertis personis, si certæ fieri queunt. §. 25. f. d. t. Pauperibus relictum valet l. 24. C. de Episc. & cler. non tamen quod legatur heredibus, ne idem sit debitor & creditor. l. 116. de leg. 1.

Res omnes a) legantur, quæ in rerum natura, b) & in commercio habentur.

c) a) etiam

- a) etiam alienæ, non ut dominium transfe-  
ratur, sed ut heres vel ad rem vel ad rei  
æstimationem præstandam obligetur.  
§. 4. J. b. non tamen res propriæ lega-  
tarii. §. 10. J. b. l. 41. §. 2. de leg. 2. et-  
iamsi alienatio sequatur.
- b) sc. absolute, aliud dicendum, si fore  
sperentur. §. 7. J. d. t. cuiusmodi legatum  
purum est, quoad transmissionem l. 25.  
§. 1. π. quand. dies leg. conditionale  
quoad obligationem l. 5. π. de tut. leg. l.  
1. §. fin. ε. de cond. & dem.
- c) vel omnium, vel saltem legatarii. Vinn.  
ad §. 4. J. deleg. n. 6.

Legata olim variis formulis relinque-  
bantur a) sed hodie omnium una est  
natura b)

- a) per vindicationem, damnationem, si-  
nendi modo & per præceptionem. §. 2.  
J. b. t. Ulp. tit. 24. Caius lib. 2. tit. 1.  
b) d. §. 2. l. 1. C. comm. de leg.

IN SPECIE in Lib. XXXIII. XXXIV.

## LIB. XXXIII.

TIT. I.

DE

ANNUIS ET MENSTRUIS LE-  
GATIS ET FIDEICOMMISSIS.

ANNUUM

**A**NNUUM & MENSTRUUM legatum est, quod in singulos annos vel menses est relictum. a)

a) Plura hic sunt legata, & primi anni *purum*, sequentium *conditionalia* sunt, videtur enim haec iis inesse conditio, si legatus vivat. l. 4. l. 11. b. t. unde ad quamlibet pensionem annuam propria requiritur *prescriptio*. l. 7. §. fin. C. de *prescript.* 30. l. 40. ann. Perez. *ibid.* n. 10. Differunt haec legata à *stipulationibus*. Rationem differentiae monstrat Gædd. *de contr.* Et *committ.* *stipulat.* cap. 8. *conclus.* 8. n. 156.

### TIT. II.

#### DE

**USU ET USUFRUCTU ET RE-**  
**DITU ET HABITATIONE, ET OPERIS**  
**PER LECATUM ET FIDEI-**  
**COMMISSUM.**

**L**EGATO USU interdum a) USUS-  
 FRUCTUS censemur legatus.

a) v. g. si res consumptibles, aut quarum usus legatario inutilis sit futurus, legentur. l. 5. §. 2. π. *de usufr. ear. ver.* l. 22. b. t. Idem de fructibus annuis legatis dicendum. l. 41. b. t. Wissenb. b. tb. 4.

LEGA-

LEGATO FRUCTU rei, interdum

a) PROPRIETAS legata videtur.

a) v. g. si legetur fundus ad utendum frumentum l. fin. π. de usuf. ear. ver. vel cum libera alienandi potestate. arg. l. 6. § 9. C. de usuf.

OMNIUM etiam BONORUM  
USUSFRUCTUS recte relinquitur. a)

a) salva tamen liberorum legitima. Nob. 28.

*Cap. 30*

TIT. III.

DE

SERVITUTE LEGATA.

Exemplo SERVITUTUM PERSONALIUM REALES quoque a) legari possunt.

a) Differentias inter legata harum servitutum collegit Wissenbach. b. th. 13. quibus addendum, quod ex servitute legata statim oriatur jus in re, & actio confessoria realis, secus ac in legato ususfructus. Hahn, b. n. 1.

TIT. IV.

DE

DOTE PRÆLEGATA.

Ulter-

**U**lterius DOS relegari potest. a)  
a) etiam si nullam maritus acceperit, modo *quantitas expressa* fuerit. §. 15. J. b.  
l. 6. 8. b.

## TIT. V.

DE

OPTIONE VEL ELECTIO-  
NE LEGATA.

**E**T non modo RES in SPECIE, sed & in GENERE legari possunt.

Res in GENERE vel SIMPLICITER (legatum GENERIS) vel sub EXPRES-  
SA POTESTATE OPTANDI (legatum OPTIONIS) relinquuntur.

In LEGATO GENERIS rem saltem mediocrem legatarius eligat. a)

a) l. 37. de leg. 1. Neque aliter valebit hoc legatum, quam si res in genere *subalterno* legetur, certamque à natura habeat determinationem. Schneid. ad §. 22. J. b. n. 7. segg. Vinn. ibid n. 2. 3.

In LEGATO OPTIONIS optimum eligere permittitur. a)

a) quod semel tantum l. 5. de leg. 1. nec per procuratorem fieri potest. l. 77. junct. l. 132. π. de R. J.

TIT.

## TIT. VI.

DE

TRITICO, VINO VEL OLEO  
LEGATO.

**L**EGATO TRITICO, omne triticum  
debetur. a)

a) non tamen omne frumentum, cum latius  
pateat. vid. C. J. A. b. apb. L

**V**INO LEGATO, continetur o-  
mne, quod ex vinea natum, vinum per-  
mansit. a)

a) etiam vasa, licet eorum nulla sit mentio  
facta l. 3. §. 1. b. & acetum i. e. vinum  
quod acuit. l. 9. pr. verb. acetum b. t.

**O**LEO RELICTO, non adjecta quan-  
titate, in arbitrio heredis est, cuius ge-  
neris oleum præstare velit. a)

a) l. 4. b. t.

## TIT. VII.

DE

INSTRUCTO ET INSTRU-  
MENTO LECATO.

**L**EGATO fundo INSTRUCTO o-  
mnia, quæ in prædio paterfamilias  
habuit, ut esset instructior, continentur;  
secus

secus si legetur fundus & instrumentum. a)

- a) Hahn. b. Differt tamen legatum *fundum* & *instrumentum*, & legatum *fundum* cum *instrumento*. Ibi enim utrumque *principaliter* est *relictum*; hic instrumenta saltem *accessoriæ* sunt legata. Lauterbach. in comp. b.

TIT. IIX.

DE

PECULIO LEGATO

PECULIUM vel simpliciter legatur, a)  
vel cum servo. b)

- a) Hoc casu heres deducit, quod testatori & liberis ejus & sibi debetur l. 21. l. 22. b. t.  
b) quo manumisso vel mortuo ante testatorem, peculii legatum extinguitur. §. 17. J. de *legae*, nisi servus cum vicario sit legatus. l. 3. & seqq. b. t. tum enim duo sunt legata. Servo vero simpliciter legato, peculium non spectat ad legatarium. l. 24. b. t.

TIT. IX.

DE

PENU LEGATA.

PENU LEGATA censetur legatum,  
quicquid eius potuique est, quicquid  
familiæ vel jumentorum in eum usum  
est paratum. a) a) l. 3.

a) l. 3. b. r. An etiam ea, quæ bibuntur?  
Dico, non omne, sed quod alendi causa  
bibitur. Medicamenta igitur huc non  
pertinent, l. 5. b. r.

## TIT. X.

DE

## SUPELLECTILE LEGATA.

**L**EGATA SUPELLECTILE dome-  
sticum patris fam. instrumentum  
comprehenditur cum omnibus mobili-  
bus ad communem familiae usum para-  
tis. a)

a) non tamen argentum, aurumve factum,  
non vestis l. i seqq. b. habito respectu ad  
prius seculum ejusque severitatem, l. 3. §.  
fin. b. r.

## LIB. XXXIV.

## TIT. I.

DE

ALIMENTIS ET CIBARIIS  
LEGATIS.

**L**EGATO ALIMENTORUM omnia  
cibaria, vestitus, habitatio a) ac re-  
liqua sine quibus non alitur corpus ve-  
niunt. b)

a) non

- a) non tamen in transactione de alimentis.  
*l. 8. §. 12. π. de transact.*
- b) sumptus studiorum non comprehenduntur. *l. 6. b. t.* Id quod toties contingit, quoties legata ex dispositione hominis debentur, fallit verō, si ex *legis* dispositio-  
ne. Sic accipe *l. 6. §. 5. π. de Carbon.* E-  
dit. *l. 12. §. 2. π. de administr. & pericul.*  
*tut.*

LEGATO CIBARIORUM ea tan-  
tum, quæ ad cibum quotidianum perti-  
nent, non habitatio, non vestis, accipi-  
untur. a)

a) *l. 21. b. t.*

### TIT. II.

DE

## AURO, ARGENTO, MUNDO, ORNAMENTIS, UNGUENTIS, VESTE VEL VESTIMENTIS ET STA- TUIS LEGATIS.

AURO & ARGENTO simpliciter  
relichto, omne illud, quod in heredi-  
tate reperitur, continetur. a)

a) sive factum sit, sive infectum *l. 19. b.* sed  
non pecunia signata *d. l. 19. l. 27. § 1. b.*  
neque id quod est in credito. *d. l. 27. §. 2. b.*

MUNDI nomine, quæ ad mundan-  
dum

dum hominem comparata sunt; ORNAMĒTORUM, quæ ad ornamen-  
tum pertinent; UNGUENTORUM, quæ ad unguendum habentur; VESTI-  
UM, quæ induendi, præcingendi, a-  
miciendi, insternandi, injiciendi vel  
incubandi causa sunt parata, veni-  
unt. a)

a) vid. l. 25. §. 10. & 12. l. 19. §. 5. in fin. l. 22.  
l. 23. l. 26. b. t.

## TIT. III.

DE

## LIBERATIONE LEGATA.

LEGATUM LIBERATIONIS valet,  
ita ut heres à debitore petere a) ne-  
queat.

a) intellige cum *effectu*, quia per exceptio-  
nem doli mali repellitur. Sed & debitor  
creditorem convenire potest, ut accepti-  
latione vel pacto liberetur. §. 13. J. *de  
legat.* Legata autem liberatione ab actione  
in rem liberatus non censetur. Ratio-  
nem vid. ap. Wiffenb. b. th. 14.

Cognita LEGATORUM natura tam  
in GENERE quam in SPECIE, nunc  
MODI

MODI eadem AMITTENDI subjiciuntur. Quod variè accidit.

I. ADEMPTIONE & TRANSLATIONE.

TIT. IV.

DE

ADIMENDIS VEL TRANSFERENDIS LEGATIS VEL FIDELIS COMMISSIS.

**A**DEMPTIO est actus, quo per contrariam legantis voluntatem legatum antea rectè relictum, iterum adimitur.

Fitque vel EXPRESSE, verbis expressis; vel TACITE, facto interveniente. a)

a) v. g. ob graves inimicitias l. 3. §. fin. b. t. alienationem voluntariam l. 11. §. 12. π. de leg. 3. nominis exactionem §. 21. J. de leg. aliamve causam similem.

TRANSLATIO est actus, quo legatum prius relictum iterum immutatur, & aliud constituitur. a)

a) quod fit vel mutata persona legatarii, vel ejus qui dare jussus est, vel rei, quæ dari debebat, l. 6. b. t. Neque vero eadem est

trans-

*translatio cum conjunctione reali, per ea  
quaæ refert. Vinn. ad §. i. J. h. t.*

## TIT. V

DE

## REBUS DUBIIS.

II. AMBIGUITATE SERMONIS, si non constet, quid, quale & cui sit relictum. Ita enim perit legatum. a)

a) l. 4. l. 9. l. 10. l. 11. l. 26. l. 27. h. t. quod sic accipiendum, si per commodam interpretationem ambiguitas tolli nequeat. Alias enim explicatio adhibenda, obser-  
vatis iis, quaæ Dd. passim requirunt. vi-  
de sis Wesenb., Zœf., Struv., Eccolt., & plu-  
res alios.

## TIT. VI.

DE

HIS, QUÆ POENÆ CAUSA  
RELINQUUNTUR.

III. POENÆ ADJECTIONE, si legata coercendi heredis causare linquuntur. a)

a) v. g. Heres meus si filiam suam in matrimoniū Titio collocaverit: vel ex di-  
verso, si non collocaverit, dato decem

MUR 808

aureos Sejo: aut si ita scripserit; *Heres meus si serbum stichum alienaverit: vel ex diverso, si non alienaverit. Titio decem aureos dato.* §. fin. J. de legat. cuiusmodi legatum olim erat invalidum, quod tamen correxit Justinianus. d l. & in l. un C. eod. modo non sit impossibile vel probrosum quid heredi injunctum.

## TIT. VII.

DE

## REGULA CATONIANA.

IV. REGULA CATONIANA, quæ sic definit: Quod si testamenti facti tempore deceperit testator, inutile foret, id legatum quandocunque deceperit, non valere. a)

a) l. 1. pr b. t. procedit in iis, quæ ex praesenti vires capiunt; fallit in iis, quæ in futurum conferuntur veluti in conditionibus & quorum legatorum dies non mortis tempore, sed ab adita hereditate cedit. l. 3. & 4. b. t. Lienbeck, ad l. 29. n. de R. J. sub limit.

## TIT. IX.

DE

## K HIS,

HIS, QUÆ PRO NON SCRIP-  
TIS HABENTUR.

V. EO, QUOD PRO NON SCRIP-  
TIO HABETUR. a) Quod  
non fisco cedit, sed apud heredem,  
vel substitutum vel coheredem ma-  
net. b)

a) Idque multis modis accidere solet v. g.  
si incapacibus quid relictum l. 3. b. t. vel  
illis, qui non sunt in rebus humanis vel  
in hostium potestate. l. 4. pr. §. 1. b. t. aut  
si quis sibi ipsi legatum adscripsit  
l. 14. π. ad L. Corn. de fals. Zœf. b. n. t.  
seqq.

b) l. 1 l. 3. pr. & §. 1. b. t. l. un. §. 3. & 7. C.  
de cad. toll. & quidem sine gravamine  
d. §. 3. Exceptiones vide ap. Hahn. b.  
verb. apud heredem maneat.

## TIT. IX.

DE

HIS, QUÆ UT INDIGNIS  
AUFFERUNTUR.

VI. EO QUOD INDIGNUM a)  
QUIS SE LEGATO PRÆ-  
STAT. b) Et tum relictum fisco adquir-  
ritur, c)

a) indi-

- a) Indigni sunt *capaces jure, sed incapaces effectu;* Incapaces tales *jure & effectu ha-*  
bentur Wilsenb. b. tb. 9.
- b) v. g. testatorem occidendo l. 14. C. de  
fideic. causam mortis præbendo l. 3. b.  
necem ejus non ulciscendo l. 17. l. 20. &c.  
Lauterb. b. t. Zœl. b. n. 3. seqq. Scotan.  
b.
- c) l. 12. l. 16. § fin. b. t. Zœl. b. n. fin.

## LIB. XXXV.

## TIT. I.

DE

CONDITIONIBUS ET DEMONSTRATIONIBUS ET MODIS EORUM QUÆ IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR.

## VII. DEFECTU CONDITIONIS,

- a) DEMONSTRATIONIS,
- b) CAUSÆ, c) MODI d) eorum quæ in testamento scribuntur.

a) arg. l. 8. π. de per. & comm. rei Bend.  
l. 37. π. de contr. empe.

b) si certam rem aut quantitatem indicet,  
certo loco circumscriptam, ut 100.  
quæ in arca habeo, do lego; si nulla  
ibidem reperiantur, nihil debetur l. 108.

- §. 10. π. de leg. i. Nam alias falsa demon-  
stratio non vitiat legatum §. 30. J. de leg.  
ibique Vinn.  
c) sc. conditionaliter conceptæ. §. 31. J. de  
legat. l. 72. §. 6. b. t.  
d) l. 17. §. 2. π. de man. test.

Non AMITTUNTUR sed minuuntur  
saltem LEGATA per LEGEM FALCI-  
DIAM, quibus ob materiæ affinitatem  
SCTUM TREBELLIANUM adjici-  
tur.

## TIT. II.

## AD LEGEM FALCIDIAM.

**L**EGE FALCIDIA cavetur, ne plus  
legare liceat, quam dodrantem omni-  
um bonorum. a)

- a) Alias heredi (non legatario aut fideicom-  
missario l. 47. 71. b. t. Duar. h. cap. 6.  
Zoel. h. n. 9.) gravato legatis, fideicom-  
missis Bach. ad VVesenb. h. n. 1. Franz.  
Exerc. 7. qu. 8. mortis causa donationi-  
bus l. 1. §. 5. π. quod. legat. l. 5. C. b. t.  
donationibus inter vivos morte confir-  
matis l. 12. C. b. t. deducto prius aene ali-  
eno, cum funerum impensis & pretio  
servorum manumissorum. §. fin. J. b. t.  
potestas detrahendi quartam vel jure  
exce-

exceptionis, si ipse possidet *l. 15. s. i. b.*  
*s.* vel jure actionis, puta vindicationis,  
 si alius hereditatem tenet (dominium  
 enim quartæ ipso jure in heredem tran-  
 fere, verissimum est. Hortens. ad *pr. f.*  
*b.*) competit. Casus exceptos refert Sco-  
 tan. *b. t.*

## TIT. III.

SI CUI PLUS, QUAM PER LE-  
 GEM FALCIDIAM LICUERIT, LEGA-  
 TUM ESSE DICETUR.

**S**I verò dubitetur, an FALCIDIA lo-  
 cum habere possit, cautione a) sub-  
 veniendum.

- a) Caveat enim legatarius, ut si apparue-  
 rit, eum amplius legatorum nomine  
 cepisse, quam è lege Falcidia capere  
 licebit, quanti ea res erit, tantam pe-  
 cuniariam daturum dolunque malum  
 ab eo absuturum esse. *l. 1. pr. b. t.*

## LIB. XXXVI.

## TIT. I.

AD SCTUM TREBELLIA-  
 NUM.

K 3

SCTO

**S**CTO TREBELLIANO de translatione actionum hereditiarum a) ab herede directo in fideicommissarium caretur.

a) quae utilis dicuntur. Nam directe in persona heredis sunt radicatae, nec aliter quam per cessionem in fideicommissarium transferuntur. Ludvvell. & Bach. ad §. 4. J. de fideicommiss. hered.

Differt ab hoc PEGASIANUM. a) quo heredi fideicommissis ultra modum gravato quartam partem b) detrahere licet.

a) sed hujus vis & authoritas in Scđum Trebellianum fuit transfusa. §. 7. J. d t.  
 b) idque ad similitudinem Falcidiae vid. l. 86. π. ad L. Falcid. l. 41. §. 3. π. de V. & P. Subf. à qua tamen differt tūm ratione computationis. l. 74. l. 91. h. t. tūm ratione illius, quod deducta Trebellianica onus pro rata inter heredem directum & fidei Commissarium dividatur. §. 9. J. de fideic. hered. quod in Falcidia est secus.

Sub-

Subjiciuntur nunc tria LEGATIS &  
FIDEICOMMISSIS communia.

## TIT. II.

QUANDO DIES LEGATORUM  
VEL FIDEICOMMISSORUM  
CEDAT.

PRimum DIEI CESSIONEM conti-  
net, quæ in legatis vel fideicommis-  
sis puris & in diem certum relictis, à  
tempore mortis testatoris a) in condi-  
tionalibus & sub die incerto b) debitibus  
à conditionis eventu c) contingit.

a) etiam ante apertas tabulas. l. un. §. 1. &  
§. C. de cad. toll. Legatario igitur ante adi-  
tionem hereditatis mortuo transmittitur  
illud ad heredes l. 5. b. t. exceptis iis  
quæ persona cohaerent, qualia sunt u-  
fus, ususfructus & habitatio l. 2. l. 3. l. 5.  
§. v. b. t. C. J. A. b. th. 4. Sed heredi-  
tates non nisi aditæ transmittuntur.  
d. l. un. §. §. C. de cad. toll. VVesenb. b.  
num. §.

b) puta eo, qui conditionem facit. l. 22.  
b. t.  
K 4

b. t. vid. Vinn. ad §. 9. J. de hered. insit  
num. 6.

c) l. un. §. 7. C. de cad. toll. VVissenb. b.  
ib. 2.

## TIT. III.

UT LEGATORUM SEU FIDEI-  
COMMISSORUM SERVANDORUM  
CAUSA CAVEATUR.

**S**Ecundum est CAUTIO, quam here-  
des legatis vel fideicommissis sub con-  
ditione vel ex die relictis gravati de iis  
existente die vel conditione solvendis,  
deque eo; dolum malum abfuturum  
esse, per fideiustores præstare tenen-  
tur. a)

a) l. i. pr. b. & quidem ante litis contestatio-  
nem. Cujac. 15. Obs. 10. per tot.

## TIT. IV.

UT IN POSSESSIONEM LEGA-  
TORUM VEL FIDEICOMMISSORUM  
SERVANDORUM CAUSA ESSE  
LICEAT.

**T**ertium est: Si heres cautionem  
non præstiterit, & per legatarium  
aut

aut fideicommislarium steterit, quo minus caveatur, Prætor LEGATORUM & FIDEICOMMISSARIORUM SERVANDORUM CAUSA mittit eum, cui cavendum erat, in possessionem.

a)

a) cuius effectus non est ut missus fiat dominus, sed saltem ut *pignus prætorium* consequatur, nec tam possessio rei quam custodia datur. Zœf. b. tb. 3. Struv. b. tb. fin.

Sic fuerunt JUDICIA CIVILIA a) nunc PRÆTORIA sequuntur.

a) vid. Tit. de jud. in fin.

PRÆTORIA vel UNIVERSALIA sunt vel PARTICULARIA.

Ad UNIVERSALIA BONORUM POSSESSIO a) refertur.

a) juris sc. non facti. De hac enim vide t. t.  
n. de acquir. vel amitt. poss.

## LIB. XXXVII.

TIT. I.

DE

BONORUM POSSESSIONI-

BUS.

K 5

BONO-

**B**ONORUM POSSESSIO a) est jus  
persequendi & retinendi patrimonii  
vel rei, quæ eujusque cum moreretur  
fuit. b)

a) quæ hic non est corporalis detentio, ut  
in t. i. n. de acquir. vel amitt. poss. sed  
jus sive facultas possidendi.

b) l. 3. §. 2. b. t.

Defertur vel TABULIS EXTANTIBUS,  
vel NONEXTANTIBUS,

### TIT. II.

#### SI TABULÆ TESTAMENTI EXTABUNT.

**T**ABULIS EXTANTIBUS licet in-  
validis perinde est ac si non exis-  
tent. Sed si prolatis semel publica-  
tisque integrè tabulis de voluntate te-  
statoris constet, etiamsi postea peri-  
erint, competit tamen bonorum pos-  
sessio. a)

a) l. un. b. t.

### TIT. III.

DE

BONO

BONORUM POSSESSIONE FU-  
RIOUSO, INFANTI, MUTO, SURDO,  
COECO COMPETEN-  
TE.

**S**ed hoc ita ut tempus Bonorum pos-  
sessionis petitioni præfinitum FURI-  
OSIS, INFANTIBUS non currat. a)

a) *l. i. b. t.* sed mutos, surdos, & cœcos  
communi jure uti, notat VVesenb. *b. in-*  
*fin.*

Quæ tabulis extantibus datur, rursus  
vel est CONTRA vel SECUNDUM  
TABULAS.

## TIT. IV.

DE

BONORUM POSSESSIONE  
CONTRA TABULAS.

**B**ONORUM POSSESSIO CONTRA  
TABULAS est, quæ liberis præteri-  
tis a) contra testamentum & volunta-  
tem defuncti datur.

a) vel non ritè ex hereditatis *l. 8. §. 2. l. 8. pr. b.*  
non tamen inique præteritis, quibus que-  
rela in officiis datur. *d. l. 8. b. t.*

## TIT. V.

DE

K 6 LEGA-

**LEGATIS PRÆSTANDIS CONTRA TABULAS BONORUM POSSESSIONE PETITA.**

**E**t tamen, quæ liberis, parentibus, uxori, nuruique dotis nomine sunt reicta, salva manent. a)

a) *l. I. pr. §. I. b. t.*

**TIT. VI.**

DE

**COLLATIONE BONORUM.**

**E**t si à filio emancipato hæc bonorum possessio petatur, CONFERRE sua tenetur. a)

a) *l. I. b. t.*

Est autem COLLATIO actus, quo descendentes a) rem b) ab ascendentibus vel occasione horum acceptam ipsis ascendentibus succedentes in communem hereditatem conferunt.

a) Olim solum emancipati *l. I. pr. & §. I. b. t. l. 9. C. eod. l. 20. §. I. π. de bon. poss. contr. tab.* hodie etiam sui *l. fin. C. b. t.* tam primi quam ulterioris gradus, sive inter se se soli sive mixtim concurrant *l. 17. l. 19. C. b. t.* Non etiam ascendentes, nec

nec collaterales, nec extranei. Vinn.  
tr. de collat. cap. 5.

- b) nisi si quædam liberis simpliciter sint do-  
nata l. 18 C. fam. ercise. VVissenb. b. tb.  
12. Perez. b. n. 16. 17. aut ob benè merita  
data. Brunner. de collat. cap. 4. num. 833.  
aut ab hostibus redimantur, l. 17. C. de  
postl. reßers. Igitur non conferuntur ca-  
strensis vel quasi l. 1. §. 15. b. l. fin. C. b.  
t. nec ea quæ aliunde quam ab ascen-  
dentibus liberis obvenere. Struv. b. tb.  
31.

Estque vel CAUTIONALIS, quâ de-  
re conferenda cavemus; vel REALIS,  
eaque vel VERA, quâ res actualiter in-  
fertur, vel QUASI, quâ res conferen-  
da cum coheredibus dividitur. a)

- a) vid. Hahn. b. n. 6. verbo. *si autem collatio  
aut re ipsa.*

### TIT. VII.

DE

### DOTIS COLLATIONE.

DOTES a) quoque & DONATIO-  
NES PROPTER NUPTIAS conser-  
vi debent.

- a) Sed olim emancipata tantum, postea et-  
iam filiafam. l. 1. n. de collat. & non so-  
lum

lum dos ipsa, sed & ejus augmentum  
arg. c. 42 de R. J. in. 6. non tamen sumptus  
in festivitatem nuptialem impensi arg.  
l. 2. §. 2. b. l. 6. C. eod.

## TIT. IIX.

DE

CONJUNGENDIS CUM EMAN-  
CIPATO LIBERIS EJUS.

**S**ed & Prætor emancipato dat bono-  
rum possessionem ejus partis, quæ ad  
eum pertineret, si in potestate mansis-  
set, & conjungit ipsi liberos ejus ita, ut  
ex ea parte dimidiam ipse, reliquam li-  
beri ejus habeant, iisque bona sua con-  
ferat. a)

a) l. 1. b. Jure novo nulla hujus Edicti datur  
utilitas. vid. Noñ. 1. 8. c. 11. VVesenb.  
b. t.

## TIT. IX.

DE

VENTRE IN POSSESSIONEM  
MITTENDO ET CURATORE  
EJUS.

**N**on solum NATORUM sed & NA-  
SCITURORUM nomine BONO-  
RUM

RUM POSSESSIO CONTRA TABULAS competit, ut venter prægnans

a) in possessionem defuncti mittatur.

a) modo here sit prægnans. *Calumniatrix* enim sumptus restituit *I. i. §. fin. b. t.* sitque partus præteritus, & mulier vel suum vel eum qui suus futurus erat paritura. *Zœf. h. n. 2. 3. 4.*

## TIT. X.

DE

## CARBONIANO EDICTO.

Mpuberibus natis, quibus quæstio status movetur, POSSESSIO ex HOC EDICTO datur, ac si nulla de ea re controversia mota esset, & judicium in tempus pubertatis differtur. a)

a) *I. i. b. t.*

## TIT. XI.

DE

## BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM TABULAS.

BONORUM POSSESSIO SECUNDUM TABULAS a) est quæ secundum testatoris voluntatem omnibus jure

re scriptis vel nuncupatis heredibus defertur.

a) vid. Tit. 3. *bujus lib. in fin.*

Antequam de B. P. tabulis non extantibus competente agitur, singularia quædam ad B. P. contra tabulas pertinentia interjiciuntur.

### TIT. XII.

#### SI A PARENTE QUIS MANU- MISSUS SIT.

I. **P**atri emancipatori contra testamentum filii emancipati exemplo patroni BONORUM POSSESSIO datur. a)

a) l. i. & t. t. b.

### TIT. XIII.

#### DE BONORUM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILI- TIS.

II. **B**ONORUM POSSESSIO licet non contra attamen secundum MILI-

MILITIS TESTAMENTUM compet-  
tit. a)

a) *I. un. b vid. Dn. Schvvend. in not. ad Ec-  
kolt. b.*

## TIT. XIV.

DE

## JURE PATRONATUS.

III. PAtronis eorumque liberis BO-  
NORUM POSSESSIO CON-  
TRA TABULAS liberorum concedi-  
tur. a)

a) *§. 3. J. de succ. libert.*

Est autem JUS PATRONATUS a)  
jus circa personam & res libertorum pa-  
tronio competens.

a) *seculare puta, non ecclesiasticum, de quo  
vide t. tr. Finckelt. de jure patron.*

Oritur inde QUERELA adversus in-  
gratum libertum de injuriâ Patrono il-  
latâ coercenda. a)

a) *Wiffenb. b. tb. 17.*

## TIT. XV.

DE

OBSEQUIIS PARENTIBUS ET  
PATRONIS PRÆSTANDIS.

Sancta

**S**ancta igitur ac honesta liberto Patroni, non secus ac filio Patris persona videri debet. a)

a) *l. 9. b. t.* unde eum liberosque ejus alere cogitur *l. 5. §. 18. & 20. π de agn. & alend. lib.* nec sine venia vocabit in jus *l. 4. π de in jus vocand.* nec adversus eum famosam intentabit actionem *l. 2. l. 5. b. t.* Condemnatus præterea patronus liberto, gaudet beneficio competentiæ, *l. 7. §. 1. b. t.*

## LIB. XXXIX.

### TIT. I.

DE

### OPERIS LIBERTORUM.

**S**ed & OPERAS a) patrono præstet libertus.

a) puta *promissas l. 2. pr. b. Officiales non promissæ per errorem exhibitæ non condicuntur l. 26. §. 12. π de cond. ind. quod in artificialibus alter observatur d.l.*

Sunt autem OPERÆ diurnum officium. a)

a) *l. 1. b. t.*

Dividuntur in OFFICIALES, quæ in officio

officio personæ consistunt. a) & ARTIFICIALES, quæ ex artificio præstantur. b)

- a) v. g. adesse patrono, comitari &c. quæ nec sunt redimibiles nec transmissibiles.  
*I. 9. b. t.*  
b) v. g. pingere &c. Hæ & redimi & transmitti possunt. *I. 6. b. t.*

TIT. II.

DE

BONIS LIBERTORUM.

ET PATRONUS libertis succedit.

a)

- a) quod per varia jura subinde fuit mutatum, de quibus vide *t. t. J. de success. libert.*

TIT. III.

DE

LIBERTIS UNIVERSITATUM.

Illud jus quod privato patrono, etiam MUNICIPIBUS debetur. a)

a) *I. un. b. t.*

TIT. IV.

DE

ASSIGNANDIS LIBERTIS.

Patro-

**P**atrono mortuo ad liberos ejus gradu proximiores bona liberti ex æquo pertinent, nisi UNI EX LIBERIS LIBERTUM ASSIGNAVERIT, nam tunc is solus patronus est. a)

a) sed hoc ita, si *in potestate* fuerit is, cui facta fuit assignatio. Emancipatio enim facit cessare assignationem *I. I. §. 1. b. t.*

## TIT. V.

**SI QUID IN FRAUDEM PATRONI FACTUM SIT.**

**D**enique inter effectus juris patronatus refertur revocatio eorum, quæ in fraudem Patroni sunt alienata.

Competit inde **ACTIO FABIANA & CALVISIANA**, a)

a) Illa, si libertus testatus; hæc si intestatus decedat. *I. 3. 6. 2. 3. b. I. 2. C. si in fraud. patr. locum habet.*

**UTRAQUE** est actio prætoria, personalis, rei persecutoria, arbitraria, pro rebus in fraudem patroni à liberto alienatis revocandis competens. a)

a) De his actionibus vid. Oldend. *C. 6. aff. 2. 3.*

Sequitur

Sequitur BONORUM POSSESSIO  
TABULIS NON EXTANTIBUS com-  
petens. a)

a) vid. *Tit. de bon. possess.*

Estque BONORUM POSSESSIO  
UNDE LIBERI, UNDE LEGITIMI,  
UNDE COGNATI, UNDE VIR ET  
UXOR.

### TIT. VI.

SI TABULÆ TESTAMENTI  
NULLÆ EXTABUNT UNDE  
LIBERI.

BONORUM POSSESSIO UNDE LI-  
BERI est, quæ ab intestato liberis  
est delata. a)

a) emancipatis necessariò, suis verò per ex-  
tensionem. vid. Hahn. *ad VVesemb. b. n. 5.*  
Hodie vid. *Nob. 118.*

### TIT. VII.

UNDE LEGITIMI.

BONORUM POSSESSIO UNDE  
LEGITIMI est, quæ deficentibus  
liberis agnatis a) competit.

a) qui per masculos à latere defuncto con-  
junguntur *I. l. 2. b. 1.*

### TIT.

## TIT. IX.

## UNDE COGNATI.

**B**ONORUM POSSESSIO UNDE COGNATI, quæ deficientibus agnatis cognatis a) tribuitur.

a) qui per fœminas junguntur. s. i. J. de leg. agn. succ.

## TIT. IX.

DE

## SUCCESSORIO EDICTO.

**I**llis verò, qui GRADU vel ORDINE a) priores sunt, non potentibus, per SUCCESSORIUM EDICTUM sequentes in GRADU VEL ORDINE admittuntur.

a) Fit enim successio vel *de gradu in gradum*; ut deficiente filio admittatur nepos, vel *de capite in caput* s. de ordine in ordinem, ut deficientibus liberis, legitimi; his vero non extantibus cognati vocentur. Hahn, b. l.

## TIT. X.

DE

## GRADIBUS ET ADFINIBUS ET NOMINIBUS EORUM.

**A**D id, ut intelligamus, quis proximus maior

minor habeatur, GRADUS COGNATIONUM nosse oportet.

GRADUS est ipsa generationis series, quod alii ab aliis quasi gradibus quibusdam orientur.

LINEA est series personarum ab eodem stipite venientium, gradus continens & numeros distingueens.

Estque vel RECTA vel TRANSVERSA seu LATERALIS.

ILLA est, quæ continet personas, quæ PARENTUM & LIBERORUM nomine veniunt.

Estque vel SUPERIOR, in qua sunt PARENTES, i.e. omnes ascendentes vel INFERIOR, in qua sunt LIBERI i.e. descendentes.

HÆC eorum est, qui ex latere veniunt, h.e. à quibus nec nos originem trahimus, nec illi à nobis, nobiscum tamen ab uno communi stipite descendunt. Huc spectant FRATRES & SORORES eorumque LIBERI, PATRUI &c.

Estque vel EQUALIS vel INAEQUALIS.

**ÆQUALIS** est, in qua latera utrinque coēunt, & eorum est, qui pari gradu à communi stipite distant.

**INÆQUALIS** est, cum alter remotor est, alter propinquior.

### TIT. XI.

#### UNDE VIR ET UXOR.

**BONORUM POSSESSIO UNDE**  
VIR ET UXOR est, qua liberis, legitimis & cognatis defientibus a)  
conjuges vocantur.

a) sed jure Novellarum una cum liberis ad-  
mittuntur. *Neb. 117. cap. 5. Anth. prater-  
ea. C. b. t.*

### TIT. XII.

#### DE

#### VETERANORUM ET MILI- TUM SUCCESSIONE.

**I**N MILITUM hereditatibus singulare  
est, quod ex delicto militari conde-  
mnati de bonis castrenis non modo  
testari possunt, sed & ab intestato ca-  
strensis bona agnatis vel cognatis ad  
quintum usque gradum deferuntur. a)

a) l. 1. b. t.

### TIT.

## TIT. XIII.

**Q**VIBUS NON COMPETIT  
BONORUM POSSESSIO.

**Q**vicunque autem non admittuntur  
ad hereditatem, nec BONORUM  
POSSESSIONIS sunt capaces. a)

- a) *t. t. C. qui admitti ad bon. poss. quales  
sunt qui tempore sunt exclusi, vel se  
indignos hereditate reddiderant. l.un.  
b. t.*

## TIT. XIV.

**U**T EX LEGIBUS SENATUSVE  
CONSULTIS BONORUM POSSESSIO  
DETUR.

**D**Eficiente ordinaria BONORUM  
POSSESSIONE EXTRAORDINA-  
RIA defertur. a)

- a) & quidem à lege nova civili per expressam  
dispositionem. Wissenb. b. th. 26.  
Hahn. b.

L

TIT.

## TIT. XV.

QVIS ORDO IN BONORUM  
POSSESSIONE SERVETUR.

**C**irca ORDINEM petendi BONORUM POSSESSIONEM ante omnia testamentariæ ratio habenda, quæ cessante vocantur primò liberi, post agnati, tūm cognati, denique conjuges. a) TEMPUS quoque petitionis modo annum est, modò centum dierum. b)

a) l. i. §. i. b. t.

b) Illud parentibus & liberis; hoc cognatis & agnatis conceditur §. 4. f. de bon. poss. l. i. §. ii. 16. w. de success. edict.

SUCCESSIONI PRÆTORIAE ob materiæ cognationem CIVILIS sive LEGITIMA subjicitur.

## TIT. XVI.

DE

## SUIS ET LEGITIMIS HEREDIBUS.

**E**st autem SUCCESSIONE LEGITIMA  
hc-

hereditatis in casu intestatia, immediate  
à lege delatae acquisitio.

a) pr. *J. de hered. qui ab intest. def.*

Estque vel JURIS ANTIQVI vel  
NOVI.

JURE ANTIQVO hereditas sub  
duplici ordine, HEREDUM SUO-  
RUM a) & AGNATORUM defereba-  
tur. b)

a) *S. i. seqq. J. d. t.*

b) *t. t. J. de leg. agn. success.*

JURE NOVO a) succedunt DE-  
SCENDENTES, ASCENDENTES &  
COLLATERALES.

a) in No<sup>o</sup>. 118. c. 1. 1. 3.

DESCENDENTES primi gradus in  
capita a) ulteriores seu soli, seu cum illis  
in stirpes b) succedunt.

a) *In capita succedi dicitur, cum in tot partes  
hereditas dividitur, quot sunt capita seu  
personæ succendentium.*

b) *In stirpes fit successio, cum pro numero stir-  
pium secatur hereditas, ut qui sunt ex una  
stirpe, partem unam ferant, qui ex alterâ,  
licet pauciores aut unus tantum, partem  
alteram accipiant.*

ASCENDENTES seu soli, sed tamen

secundum gradus prærogativam , seu cum fratribus utrinque conjunctis in capita,cum prædefunctorum fratrum liberis verò in stirpes admittuntur.

Ex COLLATERALIBUS primò vocantur fratres utrinque conjuncti,soli in capita,cum prædefunctorum fratrum liberis in stirpes. His non extantibus fratres ab uno latere,& tandem cognati ulteriores in infinitum succedunt.

SUCCESSIONI LEGITIMÆ duo SCTA, TERTULLIANUM & ORPHITIANUM subjiciuntur.

### TIT. XVII.

#### AD SCTUM TERTULLIANUM ET ORPHITIANUM.

**S**CTO TERTULLIANO cautum est, ut mater ingenua trium liberorum jus habens , libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur intestatò mortuorum.

**S**CTO ORPHITIANO liberi ad

ad bona matrum intestatarum admittuntur. a)

a) Utriusque Sc̄ti hodiè exiguis est usus teste  
Vinn. ad §. 5. f. de Sc̄t. Tertull.

Hucusque de JUDICIIS PRÆTORIIS UNIVERSALIBUS, jam ad PARTICULARIA fit progressus. a)

a) vid. Tit. ut in posseff. leg. in fin.

PARTICULARIA vel ex VARIIS vel CERTIS competunt CAUSIS.

Ad VARIAS CAUSAS DAMNUM & DONATIONES referuntur.

DAMNUM vel est PRIVATUM vel PUBLICUM.

PRIVATUM metuitur vel ab OPERE FACENDO, vel à jam FACTO.

ILLIUS nomine NOVI OPERIS NUNCIATIO competit.

## LIB. XXXIX.

### TIT. I.

DE

### OPERIS NOVI NUNCIA- TIONE.

NOVI OPERIS NUNCIATIO  
est prohibitio a) ædificanti, b) ut  
ab opere cœpto nocituro desistat, c)  
donec de jure constet, legitimè fa-  
cta. d)

a) quam in *publica causa* omnes faciunt. *l. 1.*  
*§. fin. b.* in *privata* vero illi qui dominium  
directum vel utile, vel pignus, vel servitu-  
tem realem habent. *l. un. §. 3. π. de remiss.*  
*l. 16. π de servitut.* *l. 3. § pen.* *l. 5. § 9.* *l. 15. b.*  
De personali servitute vide *l. 1. § fin. b.* junct.  
*l. 15. π. si susfr. per.*

b) cuivis, qui in re præsenti domini operisve  
nomine reperitur, etiam pupillis & furio-  
sis. Fit enim nunciatio impersonaliter  
in rem præsentem, non in personam.  
*l. 10. b.t.*

c) vel satisdationem præstet. *l. 20. §. 9. b.*

d) & vel judicialiter per Prætorem *l. 5. §. 10. b.*  
t. vel *extrajudicialiter* per partem, idque  
tum

tum verbis l. 1. §. 2. b. tum factis, per jactum  
lapilli l. .§. 10 b.

Datur inde INTERDICTUM RESTITUTORIUM nuncianti aduersus nunciatum ad ædificatum demolendum a) vel PROHIBITORIUM nuntiatio contra nunciantem, ut præstita satisfactione in ædificando liberè perget b) competens.

a) l 20 pr. §. 1. b. t.  
b) l 20. §. 9. b. t.

Ob damnum quod ex OPERE FACTO metuitur vel CAUTIO de DAMNO INFECTO, vel ACTIO DE AQVA & AQVÆ PLUVIÆ ARCENDÆ locum habet.

TIT. II.

DE

DAMNO INFECTO, ET  
SLUGGRUNDIS ET PROTE-  
CTIONIBUS.

CAUTIO DAMNI INFECTI RE-  
MEDIO EXTRAORDINARIO a)  
petitur, quo is, b) qui ex ædibus agro  
L 4 vel

vel opere alieno damnum metuit adversus eum à quo damnum timetur, c) ad cautionem ritè d) præstandam experitur.

- a) seu damni infecti actione, generaliter sumpto actionis verbo. l. 7. §. 1. l. 33. b. t.
- b) in cuius bonis, vel cuius periculo res est. l. 8. b.

c) qui jus in re habet. Struv. b. tb. 16.

d) quod sit vel reprobatione in iis, qui suo vel satisfactione in iis, qui alieno nomine carent. l. 13. §. 1. l. 15. §. 2. 5. b. t.

Reo cautionem non præstante, actor EX PRIMO a) & interdum ex SECUNDO b) DECRETO in possessionem mittitur.

a) Hic missus non possessionem consequitur, sed in possessione constituitur l. 3. 20. ne sis fiat. l. 3. §. fin. n. de acquir. hered. Vultej. de jud. lib. 2. cap. 6. n. 197.

b) Taliter missus civiliter possidet l. 15. §. 33. b. t.

Deniq; si nec cautum, nec admissa est missio ACTIO IN FACTUM adversus eum qui missum non admisit, ad id quod cautione præstata reus præstare debuisset, competit. a)

a) l. 15. §. fin. b. t.

TIT. III.

DE

AQVA ET AQVÆ PLUVIÆ  
ARCENDÆ.

**A**CTIO AQVÆ PLUVIÆ ARCEN-  
DÆ est actio civilis, personalis in  
rem scripta, quæ datur domino ob  
damnum quod in agro metuit ex aquâ plu-  
viâ, a) opere manu factâ, contra domi-  
num loci ubi id factum, ad illud destru-  
endum.

a) Unde si ex puto derivetur, *negatoria agen-*  
*dum l.8. s.5. f.16v. b. bind.*

PUBLICUM DAMNUM PUBLICA-  
NI inferunt.

TIT. IV.

DE

PUBLICANIS ET VECTIGALI-  
BUS ET COMMISSIS.

**U**Nde ACTIO IN FACTUM præto-  
ria, personalis, pœnalis, mixta, arbi-  
traria contra eos ad certam pœnam a)

L 5

via-

viatoribus injuste vextigal solventibus  
aliave damna sentientibus præstandam  
comparata est.

a) Videndum enim an per furtum, rapinam,  
&c. an per illicitam exactiōem damnum  
sit datum. Priore casu pena intra annum  
duplum est, post annum simplum l. pr. b.  
Posteriore, siquidem exactio est violenta in  
quadruplicem l. 9. §. ; . b.t. fin minus, in du-  
plum competit.

Hæc de DAMNO, nunc DONATIO-  
NES sequuntur. a)

a) vid. Tit. ad Sæcum Tertium.

### TIT. V.

DE

## D O N A T I O N I B U S.

DONATIO a) est actus, quo res b)  
aliqua ex liberalitate in alterum con-  
fertur.

a) Donationis verbum vel propriè pro ipsa  
datione accipitur, & est modus acquirendi  
dominium ; vel metonymicè pro con-  
ventione de dando, & rationem con-  
tractus & tituli habet. Vinn. ad rubr.  
b. n. 2.

b) propria & aliena, eo effectu, ut conditio  
mū-

usucapiendi transferatur : t. x. pro donato. Re vero evicta, donator de evictione non tenet. *I. 18. §. fin. b. 1.* Franz. de evict. n. 4: 2. seqq. Sed & universa bona donari possunt. Coras. 6. miscell. 7. Wissenb. b. tb. II.

**Estque vel INTER VIVOS vel MORTIS CAUSA. a)**

a) pr. f. b. t.

**DONATIO INTER VIVOS** est, quæ fit sine ulla cogitatione mortis a)

a) quæ si semel est perfecta, temere revocari non potest, nisi ob donatarii ingratitudinem. §. 2. f. de donat cuius causas vide in I. fin. C. de refac. don. & ob supervenientiam liberorum I. 8. C. eod. Finckelthuf. Obs. 36.

### TIT. VI.

DE

### MORTIS CAUSA DONATIONIBUS ET CAPIONIBUS.

**DONATIO MORTIS CAUSA** est, quæ fit propter mortis suspicitionem. a)

a) quod ira accipiendum, ut intuitu mortis & in ejus eventum fiat. Nam absolute

licet in agone donans non tam m. c. quam  
moriens donat. l. 42. in fin. b. Hinc à  
*moris causa capione* differt. Struv. b.  
tb. 31. *Æquiparata est legatis, puta ra-*  
*tione effectus, non substantie.* l. fin. C.  
b. t. Accurs. & Hortens. ad §. 1. f. de  
donat.

CERTÆ CAUSÆ a) hic in MANU-  
MISSIONIBUS & POSSESSIONIBUS  
spectantur.

a) vid. Tit. ad S. T. Tertull.

## LIB. XL.

### TIT. I.

DE

### MANUMISSIONIBUS.

MANUMISSIO est actus, quo servus  
ritè de potestate domini dimitti-  
tur.

Estque vel PURA vel NON PU-  
RA.

PURA vel VINDICTA contingit, vel  
TESTAMENTO.

TER.

## TIT. II.

DE

## MANUMISSIS VINDICTA.

**M**ANUMISSIO VINDICTA est so-  
lennis manumissio , quæ mediante  
solenni tactione capitis cum virgâ præ-  
toria apud magistratum expeditur. a)

a) Ulp. *in fragm. Tit. 2. §. 2.*

## TIT. III.

DE

MANUMISSIONIBUS QVÆ  
SERVIS AD UNIVERSITATEM PER-  
TINENTIBUS IMPONU-  
TUR.

**H**ic modus etiam in servo UNIVERSI-  
TATIS servatur. a)

a) *I. i. b. I. i. l. 2. C. eod.*

## TIT. IV.

DE

MANUMISSIS TESTA-  
MENTO.

L 7

MA-

**M**ANUMISSIO TESTAMENTARIA est, quæ fit per ultimam voluntatem.

Hic libertas confertur vel IMMEDIATE à testatore verbis directis, vel MEDiate verbis precariis.

ILLUD hac formula perficitur: Pamphilus servus meus liber esto. a)

a) sic manumissus libertus Orcinus vocatur.  
§. pen. defideic. hered.

## TIT. V.

DE

## FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS.

**H**Oc sequentem habet formulam:  
Titius heres esto, rogo te Titi, ut  
Pamphilum servum meum manumittas. a)

a) d § pen. 7 defideic. hered.

His contrarium libertatis, ADEMPTIO puta, subjicitur.

TIT.

## TIT. VI.

DE

ADEMPTIONE LIBER-  
TATIS.

ADEMPTIO LIBERTATIS est liber-  
tatis servo datæ cassatio.

Fitque vel à LEGE vel ab HOMI-  
NE. a)

a) l. un. b. t.

MANUMISSIO NON PURA in  
STATU LIBERIS conspicitur.

## TIT. VII.

DE

## STATU LIBERIS.

STATU LIBERI sunt, quibus ad  
diem vel sub conditione libertas est  
data. a)

a) qui revera sunt servi; sed propter spem  
libertatis ut liberi puniuntur. l. 14. π.  
de quaest. l. 9. §. fin. π. de pænis. vid. Eckolt.  
b. §. 5.

TIT.

## TIT. VIII.

**Q**VI SINE MANUMISSIO-  
NE AD LIBERTATEM PER-  
VENIUNT.

**A**LEGE etiam certis in casibus a) im-  
mediate libertas dari solet.

a) v. g. ob servi derelictionem l. 2. b. t. ma-  
nifestationem cædis dominicæ l. 5.  
b. t.

## TIT. IX.

**Q**VI ET A QVIBUS MANU-  
MISSI LIBERI NON FIUNT ET  
AD LEGEM ÆLIAM SEN-  
TIAM.

**N**On tamen omnes manumissi liberi  
fiunt. Impeditur enim manumis-  
sio ob inhabilitatem subjecti vel MA-  
NUMISSI a) vel MANUMITTEN-  
TIS. b)

a) l. 29. b. l. 26. l. 28. l. 29. §. 1. b. t.

b) l. 19. l. 19. l. 22. b. t. l. 10. b. pr. f. qui & ex quib.  
sanctis.

TIT.

## TIT. X.

DE

JURE AUREORUM AN-  
NULORUM.

**I**nterdum libertini à Principe JUS AU-  
REORUM ANNULORUM impetra-  
bant, eoque ipso jura ingenuitatis con-  
sequebantur. a)

a) salvo jure patronatus Nō 78. c. 3. vid.  
Wissenb. b. tb. 22.

## TIT. XI.

DE

NATALIBUS RESTI-  
TUENDIS.

**S**ed & qui NATALIBUS est restitutus  
pro ingenuo reputabitur. a)

a) l. 1. l. 2. l. 3. b. t.

## TIT. XII.

DE

## LIBERALI CAUSA.

**Q**Via verò sāpe de statu hominis in-  
cidit

edit quæstio, ideo Prætor CAUSAS LIBERALES unde actiones præjudiciales a) descendunt, constituere voluit.

a) de his vide §.13. 3. de action.

### TIT. XIII.

#### QVIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET.

**O**Mnes autem de liberali causa agere possunt, qui non prohibentur. Sed prohibentur, quibus ad LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET. a)

a) ut major 20. annis, qui ad pretium participandum venire se passus est. l. 1. 3. 4. b. & servus per vim alteri erexitus & testamento liber esse jussus. l. 2. h.t.

### TIT. XIV.

#### SI INGENUUS ESSE DICATUR.

**L**iberum quoque liberto est, intra quinquennium à tempore manumissionis docere, ingenuum se esse natum, ut ingenuitatem repetat. a)

a) l. 1. l. 3. seqq. b.t.

TIT.

## TIT. XV.

NE DE STATU DEFUNCTO-  
RUM POST QVINQVEENNIA  
QUÆRATUR.

DE STATU DEFUNCTORUM  
post quinquennium quærere non  
licet. a)

a) *l. 1. pr. b. t.* puta, si deteriorem conditionem  
facturus sit qui retractat, non si meliorem  
*l. 1. § fin l. 3. b. t.*

## TIT. XVI.

DE

COLLUSIONE DETE-  
GENDA.

IS denique, qui per COLLUSIO-  
NEM domini vel patroni liber inge-  
nuus pronunciatus est, servus & libertus  
fit ejus, qui COLLUSIONEM DETE-  
XIT. a)

a) *l. 1. seqq. b. t.*

LIB.

## LIB. XLI.

### TIT. I.

DE

## ACQVIREND<sup>O</sup> RERUM DOMINIO.

Q<sup>U</sup>ONIAM possessio a) quodammodo  
DOMINII pars est , ideò de hoc  
primum, postea de ipsa possessione agen-  
dum erit.

a) vid. Tit. *de mort. cauf. donat. in fin.*

DOMINIUM est jus in rei corpora-  
lis substantiam comparatum. b)

b) Hahn *ad VVeserb. b n. III.*

Acquiritur variis modis. c)

c) quos vide in Nucl. Inst. *ad s. II, & seqg.*  
*de R. D.*

### TIT. II.

DE

## ACQVIRENTA ET ADMIT- TENDA POSSESSIONE.

POSSESSIO est jus a) rem-  
eum

cum animo sibi habendi b) detinen-  
di. c)

- a) & interdum facti l. 1. §. 3. 4. l. 29. b. t. sc.  
ratione *adquisitionis*, *exercitii* & *continua-  
tionis*. Dn. Schvvend. in *not.* ad Eckolt. b.  
§. 1. verb. *propriè pro jure*.
- b) sic differt à *detentione nudâ*, quâ quis rem  
alieno nomine tenet citra animum sibi ha-  
bendi. v. g. depositarius, commodatarius,  
colonus, inquilinus &c.
- c) etiam per alium l. 3. §. 8. l. 9. l. 25. §. 1.  
modo facultas rem pro lubitu apprehen-  
dendi non sit amissa l. 3. §. 13. b. t. v. Strauch.  
*difffert*. 6. tb. ii.

Dividitur a) in NATURALEM, quâ  
rem animo habendi, b) & CIVILEM,  
quâ rem animo domini c) tenemus.

- a) sc. ratione *formæ*. Nam ratione *modi*  
*possidendi* civilis est, quâ animo ; natu-  
ralis, qua corpore possidemus. Struv.  
b. tb. 5.
- b) sic possidet creditor l. 2. §. 10. *π. comm. dif.*  
*emphytentia* l. 15. §. 1. *π qui satis d. cog. usu-*  
*fructuarius*. l. 49. b. t. sequester l. 17. §. 1. *depos.*  
& quilibet injustus possessor l. 1. §. 4. b. Hahn.  
*de jure rer. cap. 6. aph. 6.*

Non minimus effectus POSSESSIO-  
NIS est USUCAPIO, ideo subjicitur.

TIT.

TIT. III.  
DE  
USURPATIONIBUS ET USU-  
CAPIONIBUS.

**U**SUCAPIO est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti a)

a) l. 3. b. t.

A QVA differebat olim PRÆSCRIP-  
TIO, a) quæ tamen hodiè eidem est  
æquiparata. b)

a) Rebus sc. tempore, & effectu. Vinn. pr. h. t.  
nec non causa efficiente & adjunctis. Dn.  
Schvvend. in not. ad Eckolt. h. t. §. 5. verb.  
tribus modis.

b) l. un. C. de usucap. transform. quod non  
nisi de præscriptione longi temporis acci-  
piendum. Præscriptio enim actionum seu  
longissimi temporis adhuc diversa est ab  
usucapione & exceptionem operatur.  
Eckolt. d. §. 5. h. t.

TIT.

## TIT. IV.

## PRO SOLUTO.

**P**RO SOLUTO usucapit, qui vel rem alienam debiti causa, vel quam uterque tradens & accipiens ex errore debitam esse putavit, accepit. a)

a) l. 46. l. pen. 20. de usurpat.

## TIT. V.

## PRO EMTORE.

**P**RO EMTORE, ubi quis revera à non domino, quem dominum esse credebat, emit. a)

a) l. 2. b. 1.

## TIT. VI.

## PRO HEREDE VEL PRO POSSESSORE.

**P**RO HEREDE, qui heres verè existens putat aliquid esse ex hereditate, quod non est. a)

a) l. 3. b. 1. Sed in materia petitionis hereditatis pro herede possidet, qui non est heres, rem tamen hereditariam tanquam heres possidet. l. 11. pr. l. 20. §. 13. 20. de hered. petit.

PRO

**PRO POSSESSORE**, qui ex causâ  
prætoriæ bonorum possessionis revera-  
possidet, putatque rem ex illa esse, cum  
non sit. a)

a) vid. l. 3. §. 1. *w. de bon. poss.* sed qui simplici-  
citer pro possessore possidet. vid. l. 11. l. 11.  
*w. de hered. petit.* non usucapit.

### TIT. VII.

### PRO DONATO.

**PRO DONATO** cum quis res à non  
domino donatas & traditas, quasi fuis-  
sent tales, possidet. a)

a) l. 1. b. t.

### TIT. VIII.

### PRO DERELICTO.

**PRO DERELICTO** ubi rem vere pro-  
derelicto habitam ab eo quem puta-  
bam esse dominum, possideo. a)

a) l. 1. l. 2. l. 4. l. 6. b. t.

### TIT.

## TIT. IX.

## PRO LEGATO.

**P**RO LEGATO , cum quis rem sibi  
legatam ab eo , qui putabatur esse  
dominus possidet. b)

a) l. i. b. t.

## TIT. X.

## PRO DOTE.

**P**RO DOTE cum quis rem in dotem à  
non domino accepit. a)

a) l. i. l. fin. b. t.

## TIT. XI.

## PRO SUO.

**H**IC Titulus vel est GENERALIS ,  
cum aliis concurrens , a ) vel SPE-  
CIALIS , cessante alio titulo ex æquitate  
competens. b)

a) Wesenb. b.

b) Hahn. ad VVesenb. b.

Ad conservandam POSSESSIONEM  
fieri solet MISSIO ex RE JUDICATA,  
M CON-

CONFESIONE, CESSIONE BONORUM & CONTUMACIA.

## LIB. XLII.

## TIT. I.

DE

RE JUDICATA, ET DE EFFECTU  
SENTENTIARUM, ET DE INTERLOCUTIONIBUS.

**R**ES JUDICATA est lis sententia ju-  
dicis finita. a)

a) l. i. b. Cujac *in partitl. b.* quæ pro veritate  
accipitur. l. 15. π. de statu hom. l. 206. π. de R.  
J. ibique P. Fab.

SENTENTIA est causæ controversæ  
à judice ritè a) facta decisio.

a) i. e. observatis certis requisitis, quæ ad du-  
ctum C. J. A. in tabella repræsentantur à  
Malcomes. ad Wesenb. b. Alias enim  
ipso jure nulla est. Vant. *de nullit. ex def.*  
*process. n. 118. & n. 122. & seq.* vid. Ludv. *ad*  
*pr. J. de off. jud. n. 2.*

Estque vel DEFINITIVA, quæ causam  
principalem, vel INTERLOCUTORIA,  
quæ articulum incidentem definit. a)

a) Strauch. *dissert. 26. apb. 2.*

IN-

INTERLOCUTORIA vel est SIMPLEX vel MIXTA. ILLA in terminis interlocutoriae simpliciter consistit; HÆC terminos illos egreditur ac vim definitivæ continet.

Ex DEFINITIVA oritur ACTIO & EXCEPTIO REI JUDICATÆ.

ACTIO REI JUDICATÆ est actio civilis, personalis, rei persecutoria a) victori adversus viatum ad præstandum id, quod in sententia continetur, competens.

a) licet prima actio, super quā judicatum pœnalis fuerit. Duar. in l. 6. §. 2. & 3.  
b. t.

EXCEPTIO REI JUDICATÆ est exceptio peremptoria, realis, quā is, qui judicio vicit, vel absolutus est, actorem ex eâdem causâ de eâdem re agentem repellit. a)

a) Zanger. *de except. p. 3. c. 15. n. 3.*

## TIT. II.

DE

## C O N F E S S I S.

M 2 CON-

**C**ONFESSIO est certa facti alicujus assertio , in afferentis a) præjudicium vergens.

a) non etiam tertii, sive de causis civilibus, sive de criminalibus agatur. l.28. π. ad Sct. Vellej. l.48 π. mand.

Dividitur in JUDICIALEM, quæ fit in jure, judiciove coram judge competente pro tribunali, a ) & EXTRAJUDICIALEM, quæ fit apud probos & fide dignos homines extra judicium. b)

a) l.6. b. l.56. π. de re jud. Lun. C. de confess. adversario præsente l.6. §.3. b. Hæc pro sententia & confessus pro judicato habetur l.6. §. fin. b. l.2. π. de jud.

b) & est plena probatio, modo probari possit. l.26. π. depos. l.13. C. de non. num. pec. vid. Zœf. b.n. §. seqq

Descendit inde ACTIO ÆRIS CONFESSI (confessoria) a) quæ est civilis, personalis, rei persecutoria, & datur adversus confessum ad consequendum id, quod ex facto confessio adversario debetur.

a) l. 23. §. fin. l.25. §. 1. π. ad L. Aquil.

TIT.

## TIT. III.

DE

## CESSIONE BONORUM.

**C**ESSIO est actus, quo debitor a)  
spontē bona b) sua dimittit, & credi-  
toribus concedit. c)

a) etiam is, qui se soluturum juravit, cum ju-  
ramentum non liget ad impossibile. Zœl.  
*b. n. 3.* Hahn. *ad VVeserb. b. n. 3.* verb. *ab*  
*omni debitore.* modo sine culpa facultati-  
bus sit lapsus. §. fin. *J. de aet.*

b) & quidem omnia, ut nihil relinquatur præ-  
ter vestes quotidianas, ne nudus incedat.  
*arg. l.c. w. de bon. d. mn.*

c) quo factō debitor squalore carceris libera-  
tur *l. fin. C. qui bon. ced poss. non tamen*  
*fit infamis. l. 11. C. ex quib. caus. irrog. in-*  
*fam.* -Sed & exceptionem; si non bo-  
nis cesserit, parit cessio. §. ult. *J. de repli-*  
*cat.*

**CONTUMACIA per MISSIONEM  
IN POSSESSIONEM coërcetur.**

## TIT. IV.

**Q**VIBUS EX CAUSIS IN POS-  
SESSIONEM EATUR.

**L**ocum habet MISSIO a) ob debito-  
rem latitatem, aut absentem inde-  
fensum. b)

a) in universa bona debitoris, Bach, *ad Treutl.*

*Vol. 2. diff. 14. tb. 2. lit. b.*

b) *l. 2. §. 1. & 2. b. 1.*

Fitque vel ex PRIMO vel ex SECUN-  
DO DECRETO.

ILLA rerum custodiendarum causā  
fuscipitur. a)

a) *Wesenb. b. n. 6.*

### TIT. V.

#### DE

## REBUS AUTHORITATE JUDICIS POSSIDENDIS VEL VENDENDIS.

**H**ÆC est, quâ ob continuatam contu-  
maciam ex primo decreto missus ve-  
rus efficitur possessor. a)

a) *l. 8. in fin. C. de prescript. 30. ann. l. 8. π. de  
damn. infect.*

Sed si nec SECUNDÀ MISSIO de-  
bitorem moveat, judicis est præfigere  
tempus, eoque elapso creditoribus dare  
licentiam bona DISTRAHENDI. a)

a) *l. 1. C. b. t.*

Qui.

Quibus distractis pretium inde redatum inter creditores æqualiter pro ratâ debiti dividitur, modò omnes ejusdem sint conditionis, alias enim potiores præferuntur. a)

- a) Nam in quinque classes creditorēs distri-  
buuntur, ita ut 1. vocentur, jus prælationis.  
2. hypothecam privilegiatam. 3. hypo-  
thecam simplicem. 4. personale privile-  
gium, 5. chirographum habentes. vid. hic  
C. J. A. aph. 19. seqq.

Accidit interdum, ut debitori defun-  
cto succedat heres obæratus, ideo inven-  
tum fuit BENEFICIUM SEPARATIO-  
NIS.

### TIT. VI.

#### DE

## SEPARATIONIBUS.

**S**EPARATIO est auxilium prætoris,  
quo creditores a) defuncti b) petunt,  
ut bona heredis ab hereditate defuncti  
separentur, ut illis exinde satisfiat. c)

- a) cuiusvis generis. Hahn. ad VVeserb. h.n.3;
- b) non vero heredis l. i. §. 2. b. nec ipse heres,  
l. 2. b. nisi sit necessarius. Zœf. h.n 3.
- c) vid. l. i. §. 1. b.t.

M 4

TIT.

TIT. VII.  
DE  
**CURATORE BONIS  
DANDO.**

**S**Olet etiam CURATOR BONIS DEBITORIS a) præfici , vel à MAGISTRATU b) vel à CREDITORIBUS. c)

- a) tum mori, tum absens. Lauterb. b.
- b) l. s. h. t.
- c) l. fin. h. t.

Officium ejus in CUSTODIA a) bonorum consistit.

- a) quæ tamen non est nuda, sed cum administratione rerum conjuncta. l. i. §. 2. b. l. 48. n. de adm. & per tut. l. 14. n. de reb. auth. jud.

TIT. VIII.

**QVÆ IN FRAUDEM CREDITORUM FACTA SUNT UT RESTITUANTUR.**

**Q**Via verò debitores possessionem & distractionem metuentes, res suas in fraudem creditorum alienare solent, ideo adversus eos ACTIO PAULIANA est comparata.

ACTIO

ACTIO PAULIANA est actio prætoria, realis , a) rei persecutoria , arbitra-  
ria pro rebus à debitore in fraudem cre-  
ditorum alienatis revocandis b) compe-  
tens.

a) vid. Eckolt, b. §. 2. & interdum persona-  
lis Bicc, *in aur. jur. civ. sect. 5. tb. 7. lit. c.*  
intellige, si jura & nomina sunt revocanda,  
*l. 14 b. Bach. ad §. 6. 3. de aet. n. 3.*

b) modo accipiens *fraudis conscientia* fuerit *l. 6.*  
*§ 8. b. t. sc. si titulo oneroſo facta sit aliena-*  
*tio, secus si lucrativo, sic enim indistincte te-*  
*netur d. l. 6. §. 11. h. t.*

Præterea pro POSSESSIONE EX-  
TRAORDINARIA REMEDIA, nempe  
INTERDICTA, sunt introducta.

## LIB. XLIII.

### TIT. I.

DE

INTERDICTIS SEU EXTRAOR-  
DINARIIS ACTIONIBUS , QVÆ  
PRO HIS COMPETUNT.

INTERDICTA JURE VETERI erant  
formæ & conceptiones verborum, qui-  
bus

M 5

bus

bus Prætor a) aut jubebat aliquid fieri,  
aut fieri prohibebat. HODIE sunt  
actiones extraordinariæ, quæ de pos-  
sessione b) vel quasi maximè compre-  
tunt.

a) non judex pedaneus. Gerhard. *exerc. 10. q. 1.*  
Actiones igitur non erant, sed præparato-  
ria actionum.

b) quædam enim interdicta *proprietatis* cau-  
sam per consequentiam adjunctam habent,  
veluti de itinere actuque privato, de aqua  
cottidiana & æstiva, de locis sacris & reli-  
giosis; quanquam *principaliter* eadem de  
possessione competere dubitari non oport-  
eat. Bach. Vinn. adpr. *J. de Interd.* Reb-  
hahn. in *Hodog. chart. 4. clim. 5. apb. 3.*  
Wissenb. b. th. 8.

Dividuntur in UNIVERSALIA &  
SINGULARIA.

Ad ILLA INTERDICTA  
QVORUM BONORUM, QVOD  
LEGATORUM, NE VIS FIAT, &  
DE TABULIS EXHIBENDIS refe-  
runtur.

TIT.

## TIT. II.

## QVORUM BONORUM.

**I**TERDICTUM QVORUM BO-NORUM est interdictum adipiscendæ, restitutorium, bonorum possessori ad-versus eum qui pro herede vel pro pos-sessore a) possidet ad rerum hereditaria-rum possessionem restituendam compe-tens.

- a) non etiam contra titulo possidentem arg.  
*L. i. §. 1. b.*, nec contra debitores heredita-rios *l. 2. b.*

## TIT. III.

## QVOD LEGATORUM.

**I**TERDICTUM QVOD LEGATO-RUM est interdictum adipiscendæ, re-stitutorium, quo heres post aditam here-ditatem adversis legatarium a) sine ejus voluntate propria authoritate rem lega-tam occupantem, ad illius possessionem restituendam experitur.

- a) sed non contra eum, qui ex m. c. donatio-ne rem possidet. *Quod intellige, si ex vo-luntate defuncti donatarius sit adeptus* posse-sionem. *Struv. h. 1b. 27.*

M 6

TIT.

## TIT. IV.

**NE VIS FIAT EI, QVI IN POSSESSIONEM MISSUS EST.**

**I**TERDICTUM NE VIS FIAT est interdictum adipiscendæ, a) restitutorium & prohibitorium, adversus illos, qui dolo fecerunt, quo minus missi in possessione bonorum sint, ad id quod interest comparatum.

a) vid. Dn. Schvvendend, *in not. ad Ecklt. b. verb. generale.*

## TIT. V.

DE

**TABULIS EXHIBENDIS.**

**I**TERDICTION DE TABULIS EXHIBEND S est interdictum exhibitorium, quo is cuius interest tabulas ultimæ voluntatis ab iis penes quos illæ sunt, a) exhiberi sibi petit.

a) modò neget se tabulas exhibere posse, aut debere. In confidentem enim hoc interdictum non redditur. *L. I. §. 1. b.*

**SINGULARIA INTERDICTA vel PUBLICA** sunt vel **PRIVATA.**

PU-

PUBLICA vel sunt DIVINI vel HUMANI JURIS.

Ad PUBLICA DIVINI JURIS INTERDICTUM NE QVID IN LOCO SACRO pertinet.

## TIT. VI.

## NE QVID IN LOCO SACRO FIAT.

INTERDICTUM NE QVID IN LOCO SACRO est interdictum prohibitorium & restitutorium, quo in loco sacro aliquid, quod deformitatem a) vel incommodum habet, facere vel immittere prohibitetur, factumque ut restituatur injungitur.

a) quod enim ornamenti causa sit, huc non pertinet. l.i. §. 2. b.t.

AD PUBLICA HUMANI JURIS sequentia ad Tit. XV. usque referuntur.

## TIT. VII.

DE

LOCIS ET ITINERIBUS  
PRIVATIS.

M 7

Hic

**H**IC GENERALITER Prætor vetat quid fieri, ad impedientium loci publici usum, & quolibet postulante se interdictum pollicetur. a)

a) l. i. b. Wesenb. b.

### TIT. VIII.

## NE QVID IN LOCO PUBLICO VEL ITINERE FIAT.

**V**aria hic referuntur INTERDICTA. Nam illicita in loco publico ÆDIFICATIO inve eum IMMISSIO, & ne quid in itinere publico fiat, quo redditatur DETERIUS, prohibetur. Sed & quod in loco publico vel itinere FACTUM vel IMMISSUM est, RESTITUENDUM, cautumque, ne ei qui loco vel itinere publico IRE AGERE velit, VIS FIAT. a)

a) l. 2. 5. 9. 20. 35. & fin. b. z.

### TIT. IX.

DE

## LOCO PUBLICO FRUENDO.

Præ-

**P**Ræterea prohibetur, ne VIS FIAT  
ei, qui LOCO PUBLICO à se CON-  
DUCTO secundum legem LOCATIO-  
NIS FRUI desiderat. a)

a) l. i. l. 2. b. t.

### TIT. X.

DE

**V**IA PUBLICA ET SI QVID IN  
EA FACTUM ESSE DICATUR.

**V**Etant Ædiles, NE QVID FIAT IN  
VIA PUBLICA, quo usus ejus im-  
pediat, aut damnum metui possit, ju-  
bentque ut VIÆ PURGENTUR. a)

a) l. i. seqq. b. t.

### TIT. XI.

DE

**V**IA PUBLICA ET ITINERE PU-  
BLICO REFICIENDO.

**H**Oc INTERDICTUM est prohibi-  
torium, quo ea vis, quæ infertur,  
reficienti viam iterum rusticum, exhibe-  
tur. a)

a) l. I. pr. b. t.

### TIT.

## TIT. XII.

DE

FLUMINIBUS, NE QVID IN  
FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS  
FIAT, QVO PEJUS NAVI-  
GETUR.

DE FLUMINIBUS septem Interdicta  
dantur. PRIMUM est, ne quid in  
flumine publico vel ripa fiat vel quid im-  
mittatur, quo statio iterve navigio deter-  
rius fiat. a) SECUNDUM, ut id quod  
in publico flumine ripave factum aut im-  
missum est, restitui debeat. b)

a) l. i. pr. b. t.

b) l. i. §. 19. b. t.

## TIT. XIII.

NE QVID IN FLUMINE PUBLI-  
CO FIAT, QVO ALITER AQUA FLUAT,  
ATQVE UTI PRIORI AESTATE  
FLUXIT.

TERTIUM ne quis faciat, quo aliter  
aqua fluat, quam priori aestate fluxit.  
a) QVARTUM, ut quod immisum re-  
stituatur. b)

a) l. un. pr. §. 3. b.

b) l. I. §. II. b.

TIT.

## TIT. XIV.

UT IN FLUMINE PUBLICO NAVIGARE LICEAT.

**Q**VINTUM, quo cuivis agere permittitur adversus prohibentem vel vim facientem, quo minus flumine, lacu seu stagno publico agens utatur aut navigare possit, ad id ne amplius vis fiat eoque nomine caveatur. a)

a) l. i. pr. b. t.

## TIT. XV.

DE

RIPA MUNIENDA.

**S**EXTUM, ne vis fiat ei, qui in flumine publico vel ripâ opus facit, modo navigatio deterior non fiat.

**S**EPTIMUM, ut is qui ripam munire vult, de damno infecto in annos decem boni viri arbitratu caveat. a)

a) l. i. pr. b. t.

PRIVATA vel REI FAMILIARIS a)  
vel

vel OFFICII & JURIS b) tuendi causa  
sunt introducta.

a) à Tit. seq. 16. ad Tit. 29.

b) à Tit. 29. ad fin. hujus lib.

### TIT. XVI.

DE

### VI ET VI ARMATA.

**I**NTERDICTUM DE VI ET VI AR-  
MATA est interdictum restitutorium,  
recuperandæ possessionis, dejecto a) de-  
possessione rei immobilis contra dejici-  
entem b) ad possessionem cum omni cau-  
sa restituendam competens.

a) licet *predo* fuerit. l. 1. §. 30. b. c. 5. X. de-  
restit. spoliat. nisi sit manifestus. Bach.  
ad Treutl. Vol. 1. disp. 25. tb. 5. lit. C.  
Menoch. rem recuperand. l. n. 113. aut al-  
terius petitio justior. l. 31. 20. depos. Perez.  
b. n. 28.

b) non contra tertium possessorem arg. l. 7.  
h. t. Qui vero sciens rem à spoliatore  
acepit Conditio ex e. sàpè contingit.  
§. 8. X. de restitut. spoliat. tenetur. Is  
etiam, cui res cuiusvis generis quovis  
modo injustè est ablata, quemvis posses-  
sorem, etiamsi spoliationis conscius non  
fue-

fuerit, ad restitutionem convenire potest  
ex can. redintegranda. III. q<sup>o</sup>. 1. ubi vide  
Dn. Zieglerum.

TIT. XVII.

UTI POSSIDETIS.

INTERDICTUM UTI POSSIDETIS  
est interdictum prohibitorium, reti-  
nendæ possessionis, quo rerum immobi-  
lium a) possessor b) adversus turbatorem  
defenditur. c)

- a) similiūm ve, veluti incorporalium. Hahn.  
*b. n. II.*
- b) etiam *bitiosus*, modo non ab adversario!  
*un. C. b. t.*
- c) non tamen ut ipse ad cautionem de non  
amplius turbando adigatur. Hæc enim  
juri nostro incognita est. Cujac. *in Paul.*  
*lib. I. Sent. II.*

TIT. XVIII.

DE

SUPERFICIEBUS.

INTERDICTUM DE SUPERFICIE-  
BUS est interdictum prohibitorium,  
reti-

retinendæ possessionis, quo possessor superficiei a) adversus turbantem se defendit.

a) Hujus vocis significationem refert Tabor.  
ad C. J. A. b. n. i.

## TIT. XIX.

DE

ITINERE ACTUQUE  
PRIVATO.

Duo hic extant INTERDICTA.  
ALTERO Prætor illis qui itinere actuque privato hoc anno a) nec vi nec clam nec precario ab adversario usi sunt, quo minus ita utantur, vim fieri vetat b)  
ALTERO ne iter actumque reficienti vis fiat, prohibetur. c)

a) Non est necesse ut omnibus anni partibus quis sit usus, sed satis est, si modico tempore, puta 30. diebus utatur, servitum discontinuarum natura ita svadente. Zœl. b. n. 2.

b) l. 1. §. 1. b.

c) l. 3 §. 1. b.

TIT.

TIT. XX.

DE

AQVA QVOTIDIANA ET  
ÆSTIVA.

HOC INTERDICTO prohibetur,  
ne vis fiat ei, qui aquam a) non vitio-  
sè ab adversario hoc anno duxit.

a) vel quotidianam, vel æstivam, vel ex castel-  
lo ducendam. l. i. pr. § 29. & 39. b. t.

TIT. XXI.

DE

R I V I S.

VEtat & vim fieri Prætor, quo mi-  
nus liceat rivos, specus, septa RE-  
FICERE, purgare aquæ ducendæ cau-  
sa. a)

a) si modo aliter non ducatur, quam priori  
estate non vitiosè ab adversario duxit.  
l. i. b. 1.

TIT.

TIT. XXII.

DE

F O N T E.

Hic neque usus FONTIS, neque RE-  
FECTIO ejus impedienda est. a)

a) l. i. pr. §. 6. b. t.

TIT. XXIII.

DE

C L O A C I S.

Ed & in hoc Titulo de CLOACA-  
RUM privatarum REFECTIONE,  
ejusque quod immissum fuit RESTITU-  
TIONE agitur. a)

a) l. i. § 3. & pen. b. t.

TIT. XXIV.

QVOD VI AUT CLAM.

INTERDICTUM QVOD VI a) AUT  
b) CLAM est interdictum restitutori-  
um, retinendæ possessionis, quo Prætor  
id, quod vi aut clam factum est, resti-  
tuere jubet, c)

a) in-

a) intellige *inquietatib[us]*. Hillig. ad Don. lib.  
15. cap. 34. lit. b.

b) Hæc particula interdum conjunctionis  
vim habet. Nam & si quid *bi et clam*  
simil factum sit, competit præfens inter-  
dictum l. 11. §. 5. b. vid. Aug. Barbos. ditz.

46. n. 5. 12.  
c) l. I. pr. b. t.

Cessat hoc interdictum ob nunciatio-  
nem REMISSAM.

TIT. XXV.

DE

REMISSIONIBUS.

R EMISSIO est novi operis nunciatio-  
nis à Prætore a) facta abolitio.

a) si jus nuntiandi est *dubium*. Nam si est  
*notorium*, ipso jure fit remissio. l. un. §. 2. b.  
C. J. A. b. apb. 4 5.

TIT. XXVI.

DE

P R E C A R I O.

I NTERDICTUM DE PRECARIO a)  
est interdictum restitutorium, recupe-  
randæ possessionis, quo Prætor jubet.,  
ut

ut quod quis ab aliquo precario habet  
aut dolo fecit, quo minus haberet, id  
illi restituat.

a) Datur etiam actio P. V. l. 2. §. 2. b. licet  
nullam juris civilis actionem competere  
affirmet Paulus in l. 4. b. Id enim quoad  
legis *terba*, non quoad *interpretationem*  
eius obtinet. Pac. cent. 7. q. 21.

## TIT. XXVII.

DE

## ARBORIBUS CÆDENDIS.

DE ARBORIBUS CÆDENDIS duo  
sunt interdicta. I. DE ARBORI-  
BUS ADIMENDIS, quo vim fieri vetat  
Prætor, quo minus illi arborem adimere  
sibique habere liceat, quæ ex vicini ædi-  
bus in suas impendet. a) II. DE COER-  
CENDIS, ne vis fiat illi, qui arborem tu-  
am altius à terrâ, cum per te stat quo mi-  
nus coërceas, coërceat 15. pedes à terrâ, li-  
gnaque tollat, sibique habeat. b)

a) l. 1. pr. b. t.

b) l. 1. 9. 7. b.

TIT.

## TIT. XXIX.

DE

## GLANDE LEGENDA.

## INTERDICTUM DE GLANDE a)

LEGENDA est interdictum prohibitorium, adipiscendæ possessionis, quo Prætor vim fieri vetat, quo minus glandem in agrum alterius incidentem tertio qq. die legere & auferre liceat.

b)

a) cuius appellatione in jure omnis fructus continetur. l. 236. §. 1. π. de V. S. Sicc. sect. 3. rer. quotid. aph. 180. lit. xx.

b) l. un. h. t.

## TIT. XXIX.

DE

## LIBERO HOMINE EXHIBENDO.

## INTERDICTUM DE LIBERO HOMINE EXHIBENDO

est interdictum exhibitorium adversus liberi hominis detentorem injustum ad exhibendum eum competens. a)

a) & cuivis quidem ob libertatis favorem.

b. 3. §. 9. h. t.

N

TIT.

TIT. XXX.

DE

LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM  
DUCENDIS.

**I**NTERDICTUM DE LIBERIS EXHIBENDIS est exhibitorium quod patri adversus injustum liberorum detentorem, ad liberos exhibendos, quo magis eos ducere possit, datur. a)

a) *l. i. pr. b.*

**I**NTERDICTUM DE LIBERIS DUCENDIS est prohibitorium, quo Prætor vim fieri vetat illi, qui liberos in potestate sua habet, quo minus eos ducere liceat. a)

a) *l. i. pr. b.t.*

TIT. XXXI.

## U T R U B I.

**I**NTERDICTUM UTRUBI est interdictum prohibitorium, retinenda possessionis, quo rerum mobilium possessor adversus turbatorem defenditur. a)

a) *s. 4. f. de Interd. l. un. pr. & s. 1. b.*

TIT.

## TIT. XXXII.

DE

## M I G R A N D O.

**I**TERDICTUM DE MIGRANDO  
est interdictum prohibitorium, quod  
ne inquiliinis soluta pensione migrare,  
& inventa ac illata abducere volentibus,  
vis fiat, datur. a)

a) *l. I b. t.*

## TIT. XXXIII.

DE

## SALVIANO INTERDICTO.

**I**TERDICTUM SALVIANUM est  
restitutorium, adipiscendæ possessio-  
nis, quod domino de possessione re-  
rum coloni pignori obligatarum pro  
mercedibus fundi tribuitur. a)

a) §. 3. *f. de interd.* ibique Ludvvell. n. 3. seqq.

Dn. Struv. h. th. 171. seqq.

JUDICIIS PRÆTORIIS annume-  
rantur EXCEPTIONES.

N<sub>2</sub>

LIB.

## LIB. XLIV.

TIT. I.

DE

EXCEPTIONIBUS, PRÆSCRI-  
PTIONIBUS ET PRÆJUDI-  
CIBUS.

**E**XCEPTIO est jus a) excludendi id,  
quod in intentionem b) & conde-  
nnationem deductum est. c)

- a) prouti est proponenda, sed ut in judicio  
*proposita* est allegatio. Struv. b. tb. 2.
- b) Unde exceptiones facti seu intentionis  
propriæ exceptiones non sunt. L. 34. §.  
1. π. de O. & A. vid. Hahn. b. n. 2.
- c) L. 2. b. t. Aliter Paulus in L. 22. b. t. &  
Theoph. in J. b. t.

Dividitur præcipue a) ab effectu in  
**PEREMTORIAM** b) (perpetuam) &  
**DILATORIAM** (temporalem.)

- a) Plures divisiones vide late in C. J. A. b. t.  
tb. 4.
- b) quæ sic dicitur non à tempore proponen-  
di, quod semper proponi possint, sed à  
tempore, quo propositarum effectus durat,  
quod actor temporis lapsu eos evitare  
non possit. Vinn. ad §. 9. J. b. t.

**PEREMTORIA** est, quæ semper a-  
gentibus

gentibus obstat & semper rem, de qua agitur, perimit. a)

a) §. 9. *J. b. t.* ut Exceptio metus, pacti conventi perpetui, doli mali, jurisjurandi, rei judicatae, non numeratae pecuniae, Sceti Macedoniani, Vellejani &c. Harum oppositio post litem contestaram usque ad sententiam fieri potest *I. 4. l. 8. C. de except.* Zanger. *de except. p. 3. c. 26. n. 51.* Vultej. *in Iprud. Rom. lib. 2. c. 30. n. 61.*

DILATORIA est, quae ad tempus nocet, seu temporis dilationem tribuit. a)

a) Exceptiones dilatoriae ante litem contestatam opponi debent. *I. pen. & ult. C. b. t. l. 19. C. de probat.* Limitationes refert Hahn. *b. n. 7. verb. ante litem contestatam.*

Et vel CAUSAM PRINCIPALEM concernunt a) vel PROCESSUM seu judicii constitutionem. b)

a) ut: Exceptio pacti conventi temporalis, ordinis, cedendarum actionum, competentiae, moratoria. &c.

b) ut: Exceptio procuratoria, feriarum, loci non tuti &c.

Post generalem tractationem EXCEPTIONUM, species quaedam subjiciuntur.

## TIT. II.

DE

## EXCEPTIONE REI JUDICATÆ.

**E**XCEPTIO REI JUDICATÆ est exceptio peremptoria, quæ reo adversus actorem, qui ex eadem causa de eadem re a) experitur, datur.

- a) Tria requiruntur, 1. ut eadem persona, 2. de eadem re, 3. ex eadem causa agat. *l. 12. l. 13. π. b. t. Zang. de except. p. 3. c. 17. Oldend. in Enchirid. except. b. l.*

## TIT. III.

DE

DIVERSIS TEMPORALIBUS  
PRÆSCRIPTIONIBUS, ET DE ACCES-  
SIONIBUS POSSESSIO-  
NUM.

**P**RÆSCRIPTIO a) TEMPORALIS est exceptio facti b) qua eum, qui debito tempore c) non agit, exclusum esse ostenditur. d)

- a) i. e. exceptio, quæ sèpè præscriptionis nomine venit. *l. fin. π. de susp. tut. l. 15. §. 7. π. ad L. Jul. de adult.*

(b) five

- b) sive intentionis, quia per præscriptionem sublata est omnis actio
- c) quod est quadruplex, *momenti dierum*; trium, viginti, triginta, quinquaginta, sexaginta, nonaginta, centum, *mensum*; quatuor, sex, *annorum*: unius, biennii, triennii, quadriennii, quinquennii, decennii, vicennii, triginta, quinquaginta, centum *annorum*.
- d) salva manente naturali obligatione. Bach. de pign. lib. 5. c. 3. n. 1. & post eum VVissenb. b. tb. 14. Dissent. Vasqu. p. 1. contr. c. 53. quem prolixè tuetur Eckolt. b. §. 4.

## TIT. IV.

DE

DOLI MALI ET METUS EX-  
CEPTIONE.

**E**XCEPTIO DOLI est exceptio peremptoria, adversus dolo malo petentem competens.

Estque vel GENERALIS, qua actor toties, quoties contra naturalem æquitatem quid petit, repellitur; vel SPECIALIS, qua actor toties, quoties in negotio dolus est admissus, excluditur. a)

N 4

a) Ex-

a) Exceptio doli perpetuo durat *l. 5. S. fin.*  
quod accipe de *speciali*; generalis enim  
naturam exceptionum, cum quibus con-  
currat, sequitur. *VVissenb. b. th. 19.*

**EXCEPTIO METUS** est exceptio  
peremptoria, metum passo adversus exi-  
gentem a) promissum comparata.

a) sive ipse, sive alius metum intulerit. Nam  
haec exceptio in rem scripta est. A qua  
proinde doli exceptio, quippe quae per-  
sonam afficit, differt. *l. 4. S. 33. b. t. Struv.*  
*b. th. 42.*

## TIT. V

QUARUM RERUM ACTIO  
NON DATUR.

**EXCEPTIO JURIS JURANDI** est ex-  
ceptio peremptoria, quae ei, qui ad-  
versatio extra judicium deferente, se ni-  
hil dare oportere, juravit, datur.

**EXCEPTIO LIBERTATIS ONE-  
RANDÆ** est exceptio peremptoria, quæ  
liberto adversus patronum, onerandæ  
libertatis causa stipulatum petentem,  
competit. a)

a) vid. Zœf. *b. n. 7.*

EXCE-

**EXCEPTIO DE EO QUOD IN ALEA GESTUM est, est exceptio peremptoria collusori de eo, quod in alea venditum & evictum fuit, compentens.**

**TIT. VI.****DE****L I T I G I O S I S.**

**E**XCEPTIO LITIGIOSI est exceptio peremptoria, qua is, qui rem litigiosam (a) sibi quæstam persequitur, repellitur.

a) de cuius dominio est controversia. No<sup>6</sup>. 812. c. 1. *auth. litigiosa. C. b. t.* Sed aliter actiones reales, aliter personales litigiosæ sunt. Illæ quidem sola citatione, hæ vero per *litis contestationem*, cum & difficultius amittantur quam reales. Brunnem. *de cœff. att. cap. 4. n. 3.*

**ADJUNCTA JUDICIORUM** sunt STIPULATIONES, de quibus vel IN GENERE a) vel IN SPECIE b) agitur.

- a) *in Tit. fin. hujus lib. & Lib. seqq. 45.*
- b) *in Tit. 5. & seqq. lib. 46.*

**IN GENERE & MODI CONSTITUEN-**

TUENDI & DISSOLVENDI a) proponuntur.

a) in Tit. 2. 3. 4 lib. 46.

TIT. VII.

DE

OBLIGATIONIBUS ET ACTI-  
ONIBUS.

**O**BLIGATIO a) est juris vinculum,  
quo quis ad aliquid dandum vel fa-  
ciendum b) adstringitur.

a) *moralis, non physica.* Rebhahn. in *Hodog. jur. chart. 3. clim. 3. parall. 2. aph. 2. in not.*

b) *l. 3. b. t.*

Dividitur in NATURALEM, CIVI-  
LEM & MIXTAM. a)

a) Mixtam non agnoscunt. Ungep. *Exerc. 10. qu. 1. in nego.* Ludvv. *Exercit. 11. th. 1. lit. b.* sed minus recte, per ea quae habent Salicet. Locam. *de caus. aet. th. 780.* Ta-  
bor. *part. element. part. 3. sect. 3. th. 24.* Bicc. *sect. 4. rer. quotid. aph. 2.* Franz.  
*Exercit. 9. qu. 1. Et in tr. de Oblig. th. 45.* Alias quoque in *publicam & privatam* dividitur, quarum illa inter personas publicas, veluti inter magistratum & subditos;

subditos; hæc inter privatos obligat. Id.  
d. l. tb. 6. § 7.

NATURALIS OBLIGATIO est vinculum æquitatis naturalis, quo quis naturaliter ad solvendum adstringitur.

Estque vel PLENA (perfecta) vel MINUS PLENA, (imperfecta.)

MINUS PLENA est, qua ex mera honestate & æquitate naturali aliquis obligatur. a)

a) sed ita ut alteri ad exigendum promissum ab invito, jus nullum competit. Grot.  
*de J. B. & P. lib. 2. cap. 11. n. 3.* Spectat  
huc obligatio remuneratoria *l. 25. §. 11.*  
*π. de hered. petit.* & quæ ad eleemosynas  
præstandas est directa, Sutholt. *dissert.*  
*I2. §. 19.*

PLENA est, qua quis adstringitur ad præstandum id, quod honeste promis-  
sum est. a)

a) qualis oritur ex contractu servorum *l. 14.*  
*π. de O. & A. l. 13.* π. de const. pec. inter  
patrem & filiumf. *l. 56. §. 1.* π. de fidejuss.  
ex pacto nudo. *l. 5. §. 2.* π. de solut.

Et HÆC rursus vel est APPROBA-  
TA vel REPROBATA.

ILLA dicitur, cui à jure civili certi attribuuntur effectus. a)

a) cuiusmodi sunt: Retentio l. 3. l. 14. l. 41.  
l. 64. π. de cond. indeb. compensatio l. 6.  
π. de compensat. novatio l. 1. π. de nobat.  
constitutum l. 1. §. pen. π. de const. pec.  
fidejussio l. 16. §. 4. π. de fidejuss pignus  
l. 14. §. 2. π. de pign.

HÆC est, cui juris civilis effectus denegantur. a)

a) quo pertinet obligatio naturalis pupillorum l. 59. π. de O. & 4. l. 41. π. de cond.  
indeb. l. 6. π. de V. O. mulierum intercedentium. l. 16. π. ad sdt. Vellej. l. 9.  
C. eod.

CIVILIS OBLIGATIO est vinculum juris civilis, quo quis citra æquitatis rationem ad aliquid præstandum adstrin gitur. a)

a) producit actionem sed inefficacem. l. 13.  
l. 112. b t. ut est, quæ descendit ex negotio doloso, coacto, vel ex errore aut spe futurae solutionis initio. §. 1. seqq. J. de except.

MIXTA OBLIGATIO est vinculum æquitatis naturalis & civilis, quo quis ad aliquid præstandum efficaciter tenetur. a)

a) quod

a) quod sit in contractibus v. g. mutuo, com-  
modato &c.

HÆC iterum in CIVILEM IN SPE-  
CIE, & PRÆTORIAM dispescitur. a)

a) §. i. J. b. t.

ILLA aut est legibus CONSTITU-  
TA a) aut certo jure civili APPROBA-  
TA. b)

a) Huc refer obligationem ex stipulatu, li-  
terarum obligatione, pactis legitimis  
&c.

b) Spectant huc obligationes ex contracti-  
bus juris gentium. l. 7. π. de pact.

HÆC, quam Prætor ex sua jurisdi-  
ctione constituit. a)

a) ut: obligatio ex hypotheca, constituto &c.

ACTIO est jus persequendi in iudicio

a) quod sibi debetur. b)

a) Nemo enim privatum sibi jus dicere potest.  
l. 176 π. de R. J. l. 13. π. quod met. caus.

b) non solum ex personali, sed & reali a-  
ctione. Nam verbum debetur omnem  
actionem significat. l. 178. §. fin. π. de  
V.S.

Dividitur varie. a)

a) quæ re vide, quæ copiose sunt exhibi-  
ta in Nucl. Inst. de a. l. per tot.

## LIB. XLV.

TIT. I.

DE

VERBORUM OBLIGATIO-  
NIBUS.

**S**TIPULATIO est contractus verus, nominatus, verbalis, unilateralis, stricti juris, mutua a) eaque congrua b) interrogatione & responsione constans.

- a) Utterque ergo loquatur. Unde non valet stipulatio quæ nutu l. i. §. 2. b. aut à mutis & surdis est contrafacta. §. 7. f. de inutil. stipulat.
- b) Ad quam requiritur, ut contrahentes sint præsentes l. 3. C. de inutil. stipulat. & fiat responsio in continenti l. 1. §. 1. b. ita ut eandem rem in eadem qualitate & quantitate, quæ in interrogatione fuit expressa contineat. §. 5. J. dc Inutil. stipul. Diversitas autem in quantitate; si in X. rogatus V. respondeat, non totam stipulationem reddit inutilem, sed saltem quo ad excessum, nam usque ad summam concurrentem valet. Pac. cent. 7 qu. 24. Franz. exercit. 10. qu. 6. quod in contrahibus, in quibus vicissim quid præstandum,

standum, aliter observatur. Bronch.

4. *aſſert.* 37.

Oritur inde CONDICTIO CERTI, cum certum, & ACTIO EX STIPULATU, cum incertum in stipulationem deducitur.

UTRAQUE est actio civilis, personalis, rei persecutoria, stricti juris, a) quæ datur stipulatori adversus promissorem, ut, quod in stipulatum deductum est,

b) præstetur.

a) Hoc ita, si certum in stipulatione versatur; Nam si incertum, actio est arbitaria. Bicc. ſect. 5. rer. quotid. apb.

33.

b) Hinc si res in stipulatione versatur, ea præcise dari debet; si factum, præstatio ejus quod interest sufficit. §. fin. 3.  
b. 1, ibique Vinn.

## TIT. II.

DE

### DUOBUS REIS CONSTITUENDIS.

STipulationem celebrant vel STIPULATOR UNUS, & UNUS PROMISSOR,

MISSOR, vel DUO PLURESVE, qui REI STIPULANDI & PROMITTENDI appellantur.

REI STIPULANDI sunt, qui eandem rem ab eodem in solidum stipulati sunt a) ea mente, ut, quamvis solidam singulis, una tamen omnibus b) debeantur.

a) separatis & ordine quidem continuo interrogando, unamque responsonem recipiendo. *pr. f. b.* secus si ad singulas interrogations singulatim fiat responsio, tunc enim plures obligationes sunt contractæ. *l. 14. n de except. rei jud.* Modicum intervallum non nocet. *l. 3. l. 6. 5. 3. b. t.* *Burgundus de duob. reis cap. II.* *5 seqq.*

b) Et quoduni solutum, cum altero communicari non debet *l. 6. 2. n. ad L. Falcid.* nisi sint correi socii *d. l.*

REI PROMITTENDI, quorum singuli eandem rem eidem stipulanti in solidum promiserunt ea mente, ut quamvis solidum a) singuli, unum tamen omnes debeant.

a) Unus vero si conveniatur, gaudet beneficio divisionis. *No. 99. c. 1.* nisi correi sint non solvendo vel absentes. *auth. præsente C. de*

C. de fidejuss. auth. hoc ita C. eod. vel partes specialiter eidem renunciaverint. Solvente uno, liberabuntur reliqui l. 3. b. nisi pena delicti debeatur. l. 17. §. 2. in fin. π. ad L. Aquil. Solvens à reliquis non faciliis nihil repetit. d. l. 62. π. ad L. Falcid. Perez b. n. 13.

## TIT. III.

DE

## STIPULATIONE SERVORUM.

**E**Tiam SERVI stipulari possunt. a)  
a) puta ex dominorum persona. pr. J. b. t.  
non ex sua. l. 22. π de R. J. nisi de fatto  
quaeratur. l. 38. §. 6. b. t.

## LIB. XLVI.

## TIT. I.

DE

## FIDEJUSSORIBUS ET MANDATORIBUS.

**A**Lieno nomine obligamur per FIDEJUSSIONEM.

FIDEJUSSIO est actus, quo quis alienam

alienam obligationem a) in fidem suam  
b) recipit, ut principalis obligatus ma-  
neat.

- a) naturalem & civilem §. 2. J. b. licet sit ex  
delicto l. 8. §. 5. b. modo agatur *civiliter*.  
Nam si *criminaliter* agitur, fidejussor in-  
tervenire nequit. arg. l. 13. n. ad L. Aquil.  
l. 22. C. de *pænis*.
- b) mediante *mandato*, quod inter princi-  
palem & fidejussorem; & *stipulatione*, quæ  
inter fidejussorem & creditorem interpo-  
nitur.

Descendit inde ACTIO a) EX STI-  
PULATU FIDEJUSSORIA, qua credi-  
tores à fidejussoribus petunt, quod in  
stipulationem deductum est; & ACTIO  
MANDANTI DIRECTA & CON-  
TRARIA, qua inter principalem & fi-  
dejussorem agitur de eo, quod alter al-  
teri ex natura negotii gesti præstare ob-  
stringitur.

- a) Contra quam fidejussor triplici beneficio,  
*Crdinis* seu *Excusionis*, *Divisionis* & *Ce-  
dendarum actionum* se tueri potest. vid.  
Nucl. Inst. h. t. in fin.

, MODI DISSOLVENDI OBLIGA-  
TIONES sunt NOVATIO, SOLUTIO  
& ACCEPTILATIO. TIT.

## TIT. II.

DE

NOVATIONIBUS ET DELE-  
GATIONIBUS.

**N**O VATIO est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio.

Estque vel NO VATIO SPECIFCA, qua manente eadem persona status obligationis saltem mutatur; vel DELEGATIO, qua manente eodem statu obligationis aliis in locum prioris debitoris substituitur. a)

a) *S. pen. J. quib. mod. toll. obl.* A delegatio-  
ne *Cessio actionis* differt, quæ est actus,  
quo actio exercenda alteri ritè in hujus  
utilitatem conceditur. Brunnemann. *tr.*  
*de cession. act. cap. I. n. 6.*

UTRAQUE in VOLUNTARIAM,  
quæ per stipulationem, & NECESSARI-  
AM, quæ per litis contestationem con-  
ficitur, a) dividi solet.

a) *I. 3. §. n. π. de pecul. I. 86. π. de R. J.* Divi-  
sio hæc est saltem generis analogici. Lau-  
terb. b. vid. Strauch. *dissert. 17. th. 7.*

TIT.

## TIT. III.

DE

SOLUTIONIBUS ET LIBERA-  
TIONIBUS.

**SOLUTIO** a) est rei debitæ b) natu-  
ralis præstatio.

a) *specialis* nempe. *Generalis* enim cum liber-  
atione coincidit. *l. 47. l. 176. π. de V.*  
*s. l. 54. π. de solut.*

b) Necesse est ut solvatur eadem res *l. 2. §. 2.*  
*π. de R. C. l. 80. l. 98. § 6. π. d. t.* & quidem  
tota. *l. 3. π. fam. ercisc.* nisi creditor con-  
sentiat. *l. pen. C. de pact.*

## TIT. IV.

DE

## ACCEP TILATIONE.

**A**CCEP TILATIO est imaginaria so-  
lutio, a) vel, est liberatio per mu-  
tuam interrogationem, qua utriusque  
b) contingit ab eodem nexu liberatio-  
c)

a) *§. 1. J. quib. mod. toll. obl.*

b) *actibē* in persona creditoris, *paffige* in per-  
sona debitoris h e, creditor liberat, & de-  
bitor liberatur ab obligatione. *Vim. b.*  
*n. i. n. in fin.*

c) *l. 1. h. t.*

Ad

Ad STIPULATIONES IN SPECIE,  
PRÆTORIÆ referuntur.

## TIT. V.

DE

PRÆTORIIS STIPULATIO-  
NIBUS.

STIPULATIONES PRÆTORIÆ  
sunt, quæ ex Edicto Prætoris a) pro-  
ficiuntur.

a) generalius enim hic quam in §. 2. J. *de di-  
cī. stipulat.* definiuntur.

Dividuntur in JUDICIALES, CAU-  
TIONALES & COMMUNES. a)

a) l. i. b. t.

JUDICIALES sunt, quæ à Prætore  
ad firmando iudicia a) sunt inducta.

a) Igitur non à judice, sed à *judicio* appellan-  
tur. VVefenb. b. n. 2.

CAUTIONALES rem, de qua agi-  
tur, cautiorem reddunt.

COMMUNES ex prioribus mixtam  
naturam accipiunt. a)

a) vid. omnino VVefenb. b. n. 5.

In specie subjiciuntur STIPULATI-  
ONES,

302 LIB. XLVI. TIT. VI.VII.IIX.

ONES, REM PUPILLI SALVAM  
FORE, JUDICATUM SOLVI, REM  
RATAM HABERI.

TIT. VI.  
REM PUPILLI SALVAM  
FORE.

HAc pupillis & minoribus ad securi-  
tatem per satisfactionem prospici-  
tur. a)

a) l. i. l. 4 s. 4. b.

TIT. VII.  
JUDICATUM SOLVI.

HÆc stipulatio habet tres clausulas;  
DE RE JUDICATA, DE RE DE-  
FENDENDA, DE DOLO MALO. a)  
a) l. 6. b. t.

TIT. IIX.  
REM RATAM HABERI ET DE  
RATIHABITIONE.

PREstatur hæc, cum de procuratoris  
mandato dubitatur. a)  
a) l. 1, C. de procurat.

Tantum

Tantum de CAUSIS PRIVATIS  
PRIMÆ INSTANTIÆ de CIVILI-  
BUS NEGOTIIS agentibus; a) sequun-  
tur, quæ CRIMINALIA NEGOTIA  
tractant.

a) vid. supr. *Tit. de jud. p. 54.*

CAUSÆ CRIMINALES DELICTA  
respiciunt.

DELICTUM est factum a) turpe (in-  
civile, illicitum), quo civilis societas læ-  
ditur.

a) Hinc obligationes ex delictis omnes ex  
re nasci. pr. f. de obl. quæ ex del. nasc.  
& actio omnis ex maleficio descendens  
ex facto esse dicitur. l. 25. §. 1. w. de O.  
& A.

Estque vel PUBLICUM (de quo in-  
fra) vel a) PRIVATUM.

a) Publica speciali verbo crima appellan-  
turi; privata generis nomen reti-  
nent. Vultej. in Jprud. Rom. lib. 1.  
cap. 45.

Lib.

## LIB. XLVII.

TIT. I.

DE

## PRIVATIS DELICTIS.

**D**E<sup>L</sup>ICTUM PRIVATUM est, quod  
in res privatorum committitur, ne-  
que legibus publicorum judiciorum, sed  
privata persecutio vindicatur. a)

a) vid. Tab. b. Racem. i. tb. 13.

Estque vel ORDINARIUM vel EX-  
TRAORDINARIUM.

Ad ORDINARIUM FURTUM, RA-  
PINA & INJURIA hic referuntur.

TIT. II.

DE

## F U R T U M.

**F**URTUM est contrectatio a) fraudu-  
loſa incerti faciendi gratia, vel ipsius  
rei, vel etiam usus ejus poffitionisve,  
quod lege naturali b) prohibitum est ad-  
mittere. c)

a) vel immediata vel mediata, eaque vel  
ſera vel ſetta. Tab. d. l. th. 45.

b) vid. Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 10.

c) §. I. J. de obl. que ex del. naſc.

Divi-

Dividitur in MANIFESTUM, quo  
fur in ipso facto deprehenditur, & NEC  
MANIFESTUM, quo fur ita deprehen-  
sus non est.

Exinde descendit ACTIO FURTI,  
qua<sup>e</sup> est actio civilis, a) personalis, poe-  
nalis, arbitraria, quâ is cuius interest  
in duplum vel quadruplum adversus fu-  
rem experitur.

a) quatenus duplum persequimur. Nam re-  
spectu quadrupli hæc actio *prætoria* di-  
citur. Vinn. ad §. 5. f. b. t. n. 1.

Speciales quædam ACTIONES ad  
hoc delictum pertinentes usque ad Tit.  
VIII. subjiciuntur.

### TIT. III.

#### DE

### TIGNO JUNCTO.

ACTIO DE TIGNO JUNCTO  
est actio civilis, personalis, rei per-  
secutoria a) arbitraria, qua dominus  
tigni adversus jungentem in duplum  
b) experitur.

a) quod optime defendit Dn. Struv. b. th. 29.

b) etiam contra bonâ fide jungentem. Hil-  
lig. ad Donell. lib. 4. cap. 33. lit. f.

O

TIT.

## TIT. IV.

SI IS, QUI TESTAMENTO LIBER ESSE JUSSUS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SURRIPISSI AUT CORRUPSI QUID DICE-TUR.

**A**CTIO EX HOC EDICTO est actio prætoria, personalis, poenalis, arbitraria, qua is qui in testamento liber esse jussus ante aditam hereditatem domini quid surripuit, a) in duplum teneatur.

a) vel etiam *corripit*. Nam de duobus delictis hic agi, solide demonstrat Tab. ad b. i. n. 3.

## TIT. V.

FURTI ADVERSUS NAUTAS,  
CAUPONAS, STAUBULARIOS.

**A**CTIO HUIJIS EDICTI est actio prætoria, personalis, poenalis, a) arbitraria, qua ii, quorum interest adversus nautas, cauponas, stabularios obfurtum ab ipsis vel illorum operariis b) in

in rebus illatis admissum, in duplum  
conveniuntur.

- a) & quidem puretalis. vid. Dn. Schvven.  
dend. in not. ad Eckolt. h. 6. 2. verb. mix-  
ta penalit.
- b) nam hoc editum & verum & quasi de-  
lictum, atque illud vel principale vel  
auxiliare notat. Tab. h. num. 3. in fin. &  
segg.

## TIT. VI.

SI FAMILIA FURTUM FECIS-  
SE DICETUR.

**H**IC ACTIO præatoria, personalis,  
penalis, arbitraria adversus eum,  
à cuius familia a) furtum vel damnum  
b) factum competit, ut vel familia no-  
xæ dedatur, vel æstimatio pro uno li-  
beri hominis facto præstetur.

- a) Familiae verbum hic servos plures seu  
gregem servorum denotat. Cujuc. ad l. 9.  
π. de Edict. verb. his cognitis. &c in lib. 3.  
Paul. ad Edict. ad l. 9. π. de juriis-  
dict.
- b) non tamen, si injuria à pluribus est illata.  
l. 34. π. de Injur. cum ibi plura adsint  
facta; hic vero unum. Hahn, h.

O 2

TIT.

TIT. VII.

## ARBORUM FURTUM CÆSARUM.

**A**CTIO ARBORUM FURTUM CÆSARUM est actio civilis, personalis, mixta, contra eum, qui arbores alienas furtim a) cædit, in duplum competens.

a) Si verò lucri faciendi causa contrectavit, etiam furti tenetur. *I. 3. §. 2. b. t.*

TIT. IX.

## VI BONORUM RAPTORUM ET DE TURBA.

**R**APINA est delictum privatum per fraudulentam & violentam a) rei alienæ mobilis lucri faciendi causa factam ablationem commissum.

Unde ACTIO VI BONORUM RAPTORUM descendit, quæ est actio prætria, personalis, mixta, arbitraria, de quadruplo a) rei receptæ, à raptore praestando competens.

a) Quadruplatur vero ipsa rei estimatio si dominus agit. Idem dicendum, de non domino, cuius culpa res est ablata; quod fecus

secus se habet, si culpa caret, nam ita quadruplum *eius quod interest* petendum.  
Hahn. b. n. 3.

## TIT. IX.

DE

## INCENDIO, RUINA, NAUFRAGIO, RATE, NAVI EXPUGNATA.

**I**N eum quoque, qui ex INCENDIO, RUINA, NAUFRAGIO dolo malo damnum dedit, actio in quadruplum a) datur.

a) intra annum. Postea enim in *simpulum* competit, l. i. b. t.

## TIT. X.

DE

## INJURIIS ET FAMOSIS LIBELLIS.

**I**NJURIA est delictum privatum verum, dolo in alterius contumeliam admissum.

Estque vel REALIS, quæ facto; vel VERBALIS, quæ verbis committitur. a)

a) vid. Nucl. Inst. b.

O 3

Oritur

Oritur inde **ACTIO INJURIARUM**  
vel **CRIMINALIS**, qua poenam Reip.  
debitam vindicamus; vel **CIVILIS**, qua  
interesse privatum persequimur.

Ad **CIVILEM AESTIMATORIA** re-  
fertur, quæ est actio prætoria, per-  
sonalis, arbitraria, quâ aestimationem in-  
juriæ ab injuriante exsolvendam perse-  
quimur. a)

a) A qua differt tum *actio L. Cornelii*, pro  
injuriis realibus. Vinn. ad §. 8. f. b. tum  
*actio recantatoria* de recantatione ver-  
borum injuriosorum facienda ex consue-  
tudine competens..

## TIT. XI.

DE

EXTRAORDINARIIS CRIMI-  
NIBUS.

**A**D EXTRAORDINARIA DELI-  
CTA a) pertinent: Sollicitatio alien-  
arum nuptiarum. b) aquarum spurca-  
tio c) persuasio pueri ad stuprum. d) ab-  
actio partus. e) dardanariatus f) crimen  
facculariorum. g) scopelismus. h) & alia  
plura

plura. i) Ex quibus varia in seqq. Tit. enarrantur.

- a) vid. supr.
- b) l. 1. pr. b.
- c) d. l. 1. §. 1. b.
- d) d. l. 1. §. fin. b.
- e) l. 4. b.
- f) l. 6. pr. b.
- g) l. 7. pr. b.
- h) l. 9. b.
- i) de quibus Dd. passim. b. 2.

## TIT. XII.

DE

## SEPULCRO VIOLATO.

VICLATIO SEPULCRI admittitur cum reliquiæ vel ossa contrectantur, vel sepulera destruuntur. a)

- a) l. 4. C. b. t.

Hinc datur ACTIO ex Edicto, a) quæ est personalis, præatoria, poenalis, arbitraria, eiad quem injuria pertinet adversus sepulcri violatorem ad poenam b) præstandam competens.

- a) vid. l. 3. b. t.

b) quæ vel 100. aureorum est, vel etiam dit-  
centorum, si contra inhabitatores datur.

- d. l. 3. b. t.

O 4

TIT.

## TIT. XIII.

DE

## CONCUSSIONE.

**C**ONCUSSIO est crimen extraordinarium, quo alicui simulato jure, ad aliquid praestandum, lucri causa terror injicitur. a)

a) Wesenb. b. l.

Pœna est arbitraria, & interdum quadruplum. a)

a) l. i. b l. I. C. ad L. Jul. repetund.

## TIT. XIV.

DE

## ABIGEIS.

**A**BIGEATUS est crimen extraordinarium, quod ab iis, qui gregem ex pascuis, vel pecus ex armentis subtrahunt, committitur.

Pœna non est uniformis, sed pro circumstantiarum ratione variat. a)

a) l. i. pr. §. 3. h. t.

TIT.

## TIT. XV.

DE

## PRÆVARICATIONE.

PRÆVARICATIO est crimen extraordinarium a) ab accusatore per collusionem cum reo commissum.

- a) & interdum publicum, interdum privatum, quatenus vel in publico vel in privato judicio admittitur. *l. i. §. 1. l. 3. pr.*  
*& §. 1. h. t.*

Poena est extraordinaria, a)

- a) *l. 2. h. t.*

## TIT. XVI.

DE

## RECEPTATORIBUS.

RECEPTATIO est crimen extraordinarium, quo quis facinoris, eos abscondendi causa, refugium præstat.

Poena eadem est quæ personarum receptarum. a)

- a) *l. 1. b. l. un. C. de crim. pecul.* Mitius tamen agendum est cum cognatis vel adfinibus. *I. 2. b.*

O 5

TIT.

TIT. XVII.

DE

FURIBUS BALNEARIIS.

**E**Tiam FURTUM, quod in BALNEO  
committitur, extraordinariam po-  
nam habet. a)

a) L. I. h. t.

TIT. XVIII.

DE

EFFRACTORIBUS ET EXPILA-  
TORIBUS.

**E**FFRACTIO committitur, aedes,  
horreum, carceres effringendo.

Poena variat. Ad mortem tamen ex-  
tendi potest. a)

a) L. I. pr. b. t.

EXPILATIO est, qua fures homines  
aggreiduntur, vestes ipsis vel res alias  
sed sine vi auferendo.

Puniuntur arbitrariè. a)

a) L. I. §. 1. h. t.

TIT. XIX.

EXPILATÆ HEREDITATIS.

EXPI-

**E**XPLATIO HEREDITATIS est crimen extraordinarium, quo quis res hereditarias ante hereditatis aditionem vel possessionis ejusdem susceptionem surripit. a)

a) l. 1. l. 2. §. 1. b. t.

Poena est extraordinaria. a)

a) d. LL. Duplum solvendum in casu l. 22. §.  
10. vers. illo fidelicet. C. de jure delib. C.  
J. A. b. aph 7.

### TIT. XX.

### STELLIONATUS.

**S**TELLIONATUS est crimen extraordinarium, generale, & in subsidium, quoties speciale nomen deficit, introductum, quo impostores subdole & malitiose aliquid alterius fraudandi causa machinantur. a)

a) Tab. racem. extraord. b. t. n. I. & in C.  
J. A. aph 1. in not.

Poena est arbitraria. a)

a) l. 2. l. 3. §. 1. b. Infamia non irrogatur ipso jure l. 1. b. sed judicis sententia l.  
13. §. fin. π. de bis qui not. infam. Eckolt  
b. §. 3.

## TIT. XXI.

DE

## TERMINO MOTO

**T**ERMINI MOTIO est crimen extraordinarium, quo termini dolose moventur, dejiciuntur, evertuntur, effodiuntur &c. aut finium obscurandorum gratia facies locorum convertuntur. a)

a) l. 1. l. 2. l. 3. pr. & §. 3. b. t.

De poena ex conditione personæ & animo delinquentis statuitur. a)

a) l. 2. b. t.

## TIT. XXII.

DE

COLLEGIIS ET CORPO-  
RIBUS.

**T**andem ad EXTRAORDINARIA CRIMINA COLLEGIA a) ILLICITA, sine authoritate superioris instituta, b) referuntur.

a) Collegium alias definitur, quod sit trium pluriumve personarum ejusdem conditionis consociatio. l. 85. l. 173. π. de V.S.

b) l. 1. pr. l. 3. pr. §. 1. b. t.

Qui

Qui usurpat collegium illicitum, tenetur poena, qua is, qui armatis hominibus loca publica vel templo occupasse fuit judicatus. a)

a) l. 2 b. t.

### TIT. XXIII.

DE

### POPULARIBUS ACTIONIBUS.

**E**X quibusdam privatis delictis ACTI-  
ONES POPULARES nascuntur, quae sunt actiones personales, poenales,  
arbitrariae, cuivis de populo a) ad jus  
populo tuendum & poenam b) exsolven-  
dam competentes.

- a) Unde actor per procuratorem eas inten-  
tare non potest l. 5. b. t. 42. §. de procu-  
rat. nisi in iis privatum actoris interesse  
versetur. Wesenb. b. l. th. 16.
- b) quae interdum actori & fisco l. 25. § 2. π.  
*ad SCt. Syllan.* interdum soli fisco. l. fin.  
π. de term. mot. in dubio autem actori ap-  
plicatur. arg. l. 12. π. de V. S. l. 5. π. de  
sepulcro biol.

Tantum de PRIVATIS JUDICIIS,  
sequuntur PUBLICA. O 7 Lib.

---

LIB. XLIX.

TIT. I.

DE

## PUBLICIS JUDICIIS.

PUBLICA JUDICIA sunt, quæ lege  
 a) aliqua publicorum judiciorum de  
 crimine notabili introducta sunt, data  
 cuivis ex populo potestate, crimen illud  
 per solennem accusationem persequen-  
 di.

a) Neque igitur ex sola facultate accusandi,  
 neque ex pœna capitalis persecutione judi-  
 ciorum publicorum natura estimari de-  
 bet. Theodor. cap. 1. apb. 10.

Suntque vel CAPITALIA vel NON  
 CAPITALIA.

CAPITALIA sunt, quorum pœna est  
 mors, vel naturalis, quæ vitæ amissio-  
 nem affert; vel civilis, quæ libertatem  
 aut civitatem adimit.

NON CAPITALIA sunt, ex quibus  
 præter infamiam pecuniaria pœna, aut  
 aliqua in corpus coercitio est. a)

a) §. 2. J. b.r.

De his videnda sunt ANTECEDEN-  
 TIA,

---

TIA, SPECIES SINGULÆ, & PRO-  
CESSUS.

ANTECEDENTIA concernunt AC-  
CUSATIONEM, INSCRIPTIONEM  
& CUSTODIAM ac EXHIBITIO-  
NEM rei.

TIT. II.

DE

ACCUSATIONIBUS ET IN-  
SCRIPTIONIBUS.

ACCUSATIO est delicti apud judi-  
cem delatio & persecutio ad vindi-  
cam publicam solenniter a) facta.

a) Requiritur libelli oblatio. *auth. offeratur*  
*C. de l. tis contest. inscriptio l. 3. b. & li-*  
*quidissima probatio l. fin. C. de probat.*

TIT. III.

DE

EXHIBITIONE ET CUSTO-  
DIA REORUM.

Æstimabit judex, utrum reus sit in-  
carcerandus, an militi tradendus,  
vel

vel fidei justoribus committendus, vel etiam sibi. a)

a) vid. *I. I. b. t.*

### TIT. IV.

#### AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS.

**I**NTER SPECIES criminum, quæ judiciis publicis persequimur, PRIMUM & atrocissimum est CRIMEN LÆSÆ MAJESTATIS, quod adversus populum Romanum, vel securitatem ejus committitur. a)

a) *I. I. §. I. b.* ubi per populum Romanum imperium intelligimus.

Estque vel VERBALE (maledictum)

a) vel REALE.

a) de quo vid. *t. t. C. si quis Imp. maledix.*

REALE vel est PERDUELLIONIS, quando quis hostili animo adversus Rempublicam & Principem quid molutus est, vel MAJESTATIS IN SPECIE, quando alio quam Perduellionis animo in Imperatorem populumque Romanum quid machinatur.

Pœna

Pœna est animæ amissio & cum omnium bonorum publicatione memoria rei post mortem damnatur. a)

a) l. 5. C. b. t.

### TIT. V.

## AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS COERCENDIS.

**A**DULTERIUM est concubitus cum alterius conjugi commissns. a)

a) l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. b. l. 10. π. de V. S. Sed iure canonico est thori conjugalis violatio. c. non mæchaberis. Caus. 3. qu. 5. c. nemo. Caus. 32. qu. 40.

Estque vel DUPLEX, quod interutrinque conjugatas, vel SIMPLEX, quod inter conjugatam & solutam personam committitur.

POENA ex L. Julia est gladius. a)

a) quam pœnam Justinianus in mulieribus sustulit, constituitque ut adulteræ virgins cæsæ in monasterium detruderentur, data maritis potestate eas intra biennium recipiendi. Nob. 134. c. 10. autb. sed hodie C. b.

Ab ADULTERIO differt STU  
PRUM,

PRUM, quod in virginem & viduam honeste alias viventes committitur.

Puniuntur stupratores, si honesti sunt, publicatione partis dimidiae bonorum; si humiles, corporis coëcitione & legatione. a)

a) s. 4. J. de publ. jud.

### TIT. VI.

#### AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA.

**V**IS PUBLICA est securitatis publicæ violatio. a)

a) non solum armis sed & aliis modis. Struv. differt. crim. 9. th. 8.

Pœna est deportatio. a)

a) s. 8. J. de publ. jud. & interdum ultimum supplicium.

### TIT. VII.

#### AD LEGEM JULIAM DE VI PRIVATA.

**V**IS PRIVATA est qua leviori violenteria & sine armis privata securitas violatur.

Pœna

Pœna est tertiae partis bonorum pu-  
blicatio. a)

a) d. s. 8. J. de publ. jud.

TIT. IX.

AD LEGEM CORNELIAM DE  
SICARIIS.

HOMICIDII rei censentur non tan-  
tum qui hominem interfecerunt,  
sed etiam qui hominis occidendi cau-  
cum telo ambularunt, & causam mor-  
tis præbuerunt. a)

a) dolose. Quæ enim culpa, casu aut ex ne-  
cessitate eveniunt, huc non pertinent.

Pœna est gladius in humilioribus; in  
honestioribus verò deportatio in insu-  
lam. a)

a) l. 3. s. pen. I pen h. t. s. 5 J. de publ. jud.

De VENEFICIO tenentur, qui vitio-  
sis artibus veneno, & susurris magicis  
homines occidunt, quorum illi VENE-  
FICI, hi MALEFICI appellantur.

Utrorumque pœna gladius est.

INCENDIUM dolo commissum igne  
coërcetur.

TIT.

## TIT. IX.

DE

## LEGE POMPEJA DE PARRICIDIIS.

PARRICIDIIUM est cædes nefaria  
contra jus sanguinis in personas con-  
sanguinitate a) vel adfinitate junctas  
perpetrata.

a) *Proprie* inter parentes & liberos, *minus*  
*proprie* inter collaterales & adffines com-  
mittitur. *I. i. l. 3. l. 4. b. t.* Ludvv. ad §. 6.  
*7. b. n. 1.*

Pœna est culeus. a)

a) in *proprio* parricidio. In *improprio* verò  
pœna L. Corn. de sicariis obtinet. §. 6. J.  
*de publ. jud.*

## TIT. X.

DE

L. CORNELIA DE FALSIS ET  
SENATUSCONSULTO LIBONIANO.

FALSUM est fraudulosa veritatis im-  
mutatio. a)

a) vel in personis vel in rebus. vid. Dd. b.  
Pœna

Pœna est deportatio & bonorum publicatio in liberis; in servis vero ultimum supplicium. a)

a) l. 1. §. fin. & l. fin. b. t.

### TIT. XI.

DE

### L. JULIA REPETUNDA-RUM.

CRIMEN REPETUNDARUM est, quod magistratus, judices, assessores, res, pecuniam accipiendo, quo magis aut minus ex suo officio faciant aut non faciant, committunt.

Pœna est exilium vel etiam durior pro admissi qualitate. a)

a) l. 7. §. fin. b. l. 1. C. eod.

### TIT. XII.

DE

### L. JULIA DE ANNONA.

CRIMEN ANNONÆ committunt, qui

qui societatem coëunt, quo annona  
carior fiat. a)

a) vid. Tholos. S J.C. lib. 36. cap. 30.

Pœna est 20. aureorum.

a) l. 2. §. fin. b. & pro ratione circum-  
stantiarum arbitraria. l. 37. n. de pe-  
næ.

### TIT. XIII.

## AD LEGEM JULIAM PECULA- TUS, ET DE SACRILEGIS ET DE RESIDUIS.

**T**Ria crimina hæc rubrica continet:  
**PECULATUM, SACRILEGIUM**  
**& CRIMEN RESIDUI.**

**PECULATUS** est furtum publicæ aut  
sacræ pecunie non ab eo factum, cuius  
periculo ea fuit. a)

a) §. 9. J. de publ. jud.

Pœna est deportatio. a)

a) l. 3. b. quæ in magistratibus eorumque mi-  
nistris augetur, ut etiam mors irrogari  
queat. d. §. 9. J. d. t.

**SACRILEGIUM** est furtum rei sacræ  
vel religiosæ.

Pœna

Poena est capitalis. a)

a) Et interdum gravior, interdum mitior  
pro qualitate personæ, rei, temporis,  
ætatis, sexus &c. l. 6. b. r.

**CRIMEN RESIDUI** est pecuniæ pu-  
blicæ retentio, ejusque in proprios usus  
conversio.

Poena est, ut convictus, tertia parte  
amplius quam retinuit, Reipublicæ præ-  
stet. a)

a) l. 4. s. 5. b. r.

### TIT. XIV.

DE

### LEGE JULIA AMBITUS.

**A**MBITUS est, quo quis magistratum  
vel aliud munus publicum in pro-  
vincia vel urbe corruptis pretio suffra-  
giis mercatur. a)

a) Ab ambitu *suffragium differre notat.* Zœl.  
*b. n. 4. vid. Tabor. de suffrag. per tot.*

Poena ex Scto est C. aurorum cum in-  
famia. a)

a) l. 1. s. 1. b. c.

TIT.

## TIT. XV

DE

LEGE FABIA DE PLAGIA-  
RIIS.

**P**LAGIUM est liberi hominis vel ser-  
vi alieni suppressio.

Pœna interdum est mors, interdum  
levior. a)

a) §. 10. *J. de publ. jud.*

Circa PROCESSUM JUDICIORUM  
PUBLICORUM notanda sunt IMPEDI-  
MENTA, PROCESSUS IPSE, & ejus  
EXECUTIO per pœnas.

## TIT. XVI.

AD SENATUS CONSULTUM  
TURPILIANUM ET DE ABOLITO-  
NIBUS CRIMINUM.

**I**MPEDITUR PROCESSUS per teme-  
ritatem accusatorum, dum illi peccant  
**CALUMNIANDO**, a) PRÆVARI-  
CANDO b) & TERGIVERSANDO. c)

a) i. e falsa crimina intentando. *L. 3. l. pen.*  
*C. b. t.*

b) i. e. cum reo colludendo. *L. 1. §. 1. l. b. h.*

c) i. e. ab accusatione sine abolitionis impe-  
tratione desistendo. *d. l. 1. §. 2. b.*

ad

Ad PROCESSU M pertinet non mo-  
dò ut RELIS ABSENS requiratur, sed &  
ut PRÆSENS quæstionibus subjiciatur,  
quibus POENÆ & EXECUTIO ejus a-  
vertuntur.

## TIT. XVII.

DE

REQVIRENDIS VEL ABSENTI-  
BUS DAMNANDIS.

**R**EI ABSENTES sunt requirendi &  
edictis vocandi, ut compareant, se-  
que purgent, quo facto intra annum, a)  
aut, eo tempore deceidente, vel ipse bona  
annotata recipit, vel heredibus ea resti-  
tuuntur. Anno b) verò elapso reversus,  
bona non recuperat, etiam si innocenti-  
am purgaverit.

a) l. i. C. l. s. fin. w. b. t.

b) l. 2. C. b. t.

## TIT. XVIII.

DE

## QVÆSTIONIBUS.

P

QVÆ-

**Q**VÆSTIO a) est interrogatio de crimen commisso per corporis tormenta, ad eruendam veritatem, à judice legitimé b) instituta.

a) cuius justitiam optimè defendit Tab. 2. de  
tortur. cap. 2.

b) modo constet, crimen atrox fuisse admis-  
sum. l. 8. b. l. 1. §. 24. de Sæto Silan. aliam-  
que deficere probationem. l. 9. b. l. 12. C. eod.  
Indicia vero communia & propria, remo-  
ta, & proxima, recenset Tab. de indic. de-  
litt. Zang. de quæst. c. 2. Manz. ad art. 20.  
Oræ. Carol. Crusius tot. 2. de indicis.

## TIT. XIX.

DE  
P O E N I S.

**P**OENA est malum passionis, quod in-  
fligitur propter malum actionis. a)

a) Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. n. 1.

Estque vel CAPITALIS, quæ vitam  
naturalem & civilem a) adimit; vel NON  
CAPITALIS, qua quis salvâ vitâ, liberta-  
te & civitate b) coërcetur.

a) l. 2. pr. §. 1. & 2. l. 7. b. t.

b) l. 28. b. t. l. 103. de V. S.

TIT.

## TIT. XX.

DE

## BONIS DAMNATORUM.

**P**OENARUM species est confiscatio  
bonorum.

- a) Novo jure hæc bona descendantibus & a-  
scendantibus usque ad tertium gradum  
deferuntur, solo criminis læsæ majestatis  
excepto. *Nob. 134. cap. fin.*

## TIT. XXI.

DE

BONIS EORUM , QVI ANTE  
SENTENTIAM VEL MORTEM SIBI  
CONSCIVERUNT VEL ACCUSATO-  
REM CORRUPERUNT.

**E**orum etiam bona confiscantur, qui  
vel sibi mortem CONSCIVERUNT,  
a) vel CORRUPTO ADVERSARIO  
diem suum obierunt. b)

- a) *l. 3. b. puta ex conscientia delati vel admissio  
criminis.* Aliud igitur obtinet, si ex impa-  
tientia doloris aut tædio vitæ manus im-  
pix inferantur. *d. l. 3. §. 6. b.*

- b) nisi id factum fuerit ad sanguinem suum  
redimendum, *l. 18. C. de transact.*

P. 2

TIT.

## TIT. XXII.

DE

INTERDICTIS ET RELEGATIS  
ET DEPORTATIS.

**A**DHUE tria poenarum genera hic proponuntur, INTERDICTIONIS, RELEGATIONIS & DEPORTATIONIS.

INTERDICTUS est, cui certus locus interdicitur. a) RELEGATUS, qui certo loco excluditur, b) & DEPORTATUS cui certa insula cum omnium bonorum & jurium civilium amissione assignatur. c)

a) l. 7. l. 8. b.

b) civitate salva manente. d.l. 7. l. 8. b.

c) vid. Bic. secl. i. rer. quotid. aph. 26. lit. X.

## TIT. XXIII.

DE

SENTENTIAM PASSIS ET  
RESTITUTIS.

**C**ESSAT tamen poena per RESTITUTIONEM vel JUSTITIAE vel GRATIAE,

TIÆ, sive hæc GENERALIS a) fuerit,  
sive SPECIALIS. b).

- a) quæ pœnam saltem remittit. *I. 2. C. b.*
- b) quæ famam, bona, honores, patriam potest  
statem reddit, §. 2. *J. quib. mod. jus p. p. solē.  
et fin. C. b. 2.*

### TIT. XXIV.

DE

### CADAVERIBUS PUNITO- RUM.

**D**Enique CADAVERA PUNITO-  
RUM ad sepulturam. nemini sunt  
deneganda. a)

- a) *I. 1. I. 3. b. t.* nisi exemplum sit statuendum.  
*Zœf. b. n. 1.*

Sufficientia hæc de JUDICIIS PRIMÆ  
INSTANTIÆ; nunc ea, quæ SECUN-  
DÆ INSTANTIÆ (appellationis) esse  
dicuntur, sequuntur. a)

- a) vid. *Tit. de jud. p. 54.*

P 3

LIB.

## LIB. XLIX.

### TIT. I.

DE

## APPELLATIONIBUS ET RE- LATIONIBUS.

**A**PPELLATIO est ab inferiore judice ad superiorem, à sententia vel alio gravamine rite facta provocatio.a)

a) *l. 1. h. t.* Varias definitiones concessit Scacc.  
*tr. de appellat. qd. 2. n. 1.* quem vide

Dividitur in JUDICIALEM, quæ à sententiâ definitivâ & interlocutionibus judicialibus, a) & EXTRAJUDICIALEM, quæ à decretis, & actibus extrajudicialibus b) interponitur.

a) *l. 2. 3. s. 1. b. l. 27. l. 32. n. de rejud.*

b) *l. 4. l. 7. C. b. l. 1. §. 2. n. quand. appell.*

### TIT. II.

## A QVIBUS APPELLARE NON LICET.

**A**B omnibus APPELLARE licet, qui superiorem non recognoscunt. a)

a) Sed

a) Sed non à sententiis præfectorum prætorio. l.un. C. de sent. praf. prat. nec ab arbitris compromissariis l.i. C. de arb. l.23. §. 14. l.27. §. 2. w. eodo.

## TIT. III.

## QVIS A QVO APPELETUR.

**A**PPELLANDUM ad superiorem a) & gradatim. b)

- a) non ad parem. l.4.w. de recept. arb. nec ad minorem l.6. C. de appellat.
- b) alias causa ad judicem præteritum remittitur. l.21.w. quand. appelland.

## TIT. IV.

QVANDO APPELLANDUM ET  
INTRA QVÆ TEMPORA.

**I**Nterponi debet appellatio intra legitimum tempus. a)

- a) quod est decem dierum auth. bodie. C. de appellat. Nob 23.c. i. quod currit à tempore scientiae. l.i. §. fin. h.t.

## TIT. V.

## DE

APPELLATIONIBUS RECIPI-  
ENDIS VEL NON.

**O**Mnibus appellare permittitur, quorum interest. a)

a) *I. v. b. five proprio five alieno nomine id faciunt, veluti tutores, curatores, negotiorum gestores. I. 24. π. de appellat. Renunciantibus, indignis & contumacibus exceptis. Lauterb. in comp. jur. de appell. in Contrar.*

## TIT. VI.

DE

LIBELLIS DIMISSORIIS, QVI  
APOSTOLI DICUNTUR.

**M**odus appellandi est, ut petantur APOSTOLI intra 30. dies.

a) qui à die sententiae recitate currunt. *I. 24. C. b. Gedd. ad L. 106. π. de V. S. n. 2.*

Suntque literæ dimissoriae, quibus causa à judice inferiore ad superiorem dimittitur. a)

a) *d. L. 106. π. de V. S.*

Dividuntur in REVERENTIALES, si delatum est appellationi, & REFUTATORIOS, si eidem non delatum. a)

a) *Meier in C. f. A. b. t. tb. f.*

TIT.

## TIT. VII.

NIHIL INNOVARI APPELLA-  
TIONE INTERPOSITA.

**I**nterposita verò appellatione NIHIL INNOVANDUM, a) sed medio tempore appellatori omnia integra sunt servanda.

a) quod erit innovatur, attentatum dicitur,  
de quo scripsit Lancellotus tractatum inte-  
grum, quem vide.

## TIT. VIII.

QVÆ SENTENTIÆ SINE AP-  
PELLATIONE RESCIN-  
DANTUR.

**A**pellare necesse non est, si sententiæ ipso jure NULLÆ sunt. a)

a) Ut, si contra jus constitutionis. l. 1. §. 2. b.  
l. 2. & 5. C. quand. prob. non est. nec. vel  
contra rem judicatam l. 1. C. b. vel contra  
ordinem judiciorum. l. 4. C. de sent. & in-  
terloc. vel à judice incompetente. t. t. C. si  
à non comp. jud. sunt latæ.

## TIT. IX.

AN PER ALIUM POSSUNT REDDI CAUSÆ APPELLATIONIS.

POssunt tamen per PROCURATOREM causæ appellationum reddi. a)

a)!n causis putæ pecuniariis, non tamen in criminalibus, quæ poenam capitalem vel aliam usque ad relegationem inferunt. Nam quæ causa per alium agi non potest, ejus nec appellationem per alium agi oportet.  
l. i. in fin. b. t.

## TIT. X.

SI TUTOR VEL CURATOR VEL MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT.

A Dmittitur etiam appellatio à DELATIONE MUNERIS PUBLICI facta. a)

a) Sed ita ut causis excusandi non probatis, medii temporis periculum ad appellantem pertineat. l. i. b. successoresque post mortem appellantis causas reddant, l. z. b.

TIT.

TIT. XI.

EUM QVI APPELLAVERIT IN  
PROVINCIA DEFENDI.

**A**ppellans absens interim IN PRO-  
VINCIA DEFENDI debet per pro-  
curatorem in aliis causis. a)

a) l. 2. b. Zœf. b. t.

TIT. XII.

APUD EUM, A QVO APPELLA-  
TUR, ALIAM CAUSAM AGERE  
COMPELLENDUM.

**N**eque in ALIIS CAUSIS appellans  
à judice justè ejus judicium declinare  
potest. a)

a) l. 1. b. t.

TIT. XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE  
REUS MORIATUR.

**M**ORTUO APPELLANTE, nec he-  
rede relicto, evanescit appellatio;  
Eo verò existente, causam appellantonis  
defendet, si fisci aut alterius intersit. a)

a) l. un. pr. b. t.

Supereft ut de CAUSIS PUBLICIS  
videamus a)

a) vid. Tit. de jud p. 54.

CAUSÆ PUBLICÆ vel sunt FISCALES, vel MILITARES, vel MUNICIPALES, quibus EXTRAORDINARIE COGNITIONES adduntur.

#### TIT. XIV.

DE

#### JURE FISCI.

FISCUS a) est arca communis recip. pecunia publica constans.

a) sc. *in genere*, ut ærarium comprehendat.  
Hahn. b. n. 2.

Cui varia competit privilegia. a)

a) quæ enumerarunt Scotan, Brunneman,  
Eckolt, Lauterb. b. t.

CAUSÆ MILITARES in CAPTIVIS,  
MILITANTIBUS & VETERANIS cer-  
nuntur.

#### TIT. XV.

DE

#### CAPTIVIS ET DE POSTLIMI- NIO ET DE REDEMPTIS AB HO- STIBUS.

CAPTIVI sunt, qui in legitimo bello  
ab hostibus a) capiuntur; b)

a) Ho-

- a) Hostes autem sunt, quibus bellum publicē  
Populus Romanus decrevit, vel ipsi Populo  
Romano, cæteri latrunculi vel prædones  
appellantur. *l. 24. b. t.*
- b) qui *retenti* nexu pignoris sunt obligati, do-  
nec se redemerint *l. 12. s. 4. b. referſi* vero  
jure postliminii & quoad res & quoad per-  
sonarum jura restituuntur. *l. 3. l. 5 d. l.*  
*24. b. t.*

## TIT. XVI.

DE

## RE MILITARI.

MILES est persona ab eo, cuius est  
belli gerendi potestas in bellum le-  
cta, in numerum relata, & sacramento  
confirmata. a)

a) *l. 11. l. 42. π. de milit. teſt.* Et multis frui-  
tur privilegiis. *l. 18. π. de re jud. l. 6. s. 1. π.*  
*ex quib. cauſ. in poſſ. l. 3. C. de veſtigal. l. 3.*  
*9. fin. π. de teſt. l. 9 s. 1. π. de jur. & fact. ign.*  
*l. 8. C. de quaſt. quo etiam pertinet, quod*  
*in deliciis propriis peculiares habeant ma-  
gistratus. l. 2. b. Obrecht. de discipl. milit.*  
*ib. 922. & ſeqq.*

Privilegiis militaribus etiam CA-  
STRENSE PECULIUM annumeratur.

## TIT. XVII.

DE

## CASTRENSI PECULIO.

**C**ASTRENSE PECULIUM est, quod filiusf. in sagatâ acquirit militiâ. a)

a) l. 11. b.

Ad hujus exemplum QVASI CASTRENSE, quod in togata militia adquiritur, est introductum. a)

a) l. 7. C. de adseff. l. ult. C. de castr. pec. §. fin. 7. de milit. cost.

Utrumque pleno jure filiisfam. est datum, a)

a) l. 6. pr. §. 3. C. de bon. qua lib. l. 4. C. de adsp. i.

## TIT. XVIII.

DE

## VETERANIS.

**V**ETERANI sunt, qui post 20. annorum stipendia honestè militiâ dimissi sunt. a)

a) l. 2. b. t. Excusantur à imuneribus personalibus, non verò realibus d.l. 2. b. t.

**C**AUSÆ MUNICIPÆES exhibent PERSONAS, MUNERA, PECUNIAM  
MUL-

MUNICIPALEM, DECRETA, OPERA PUBLICA, NUNDINAS & POLLICITATIONES.

## LIB. L.

## TIT. I.

AD MUNICIPALEM ET  
DE INCOLIS.

MUNICIPES sunt, qui in civitate inferiori, in qua vivunt, suffragiorum & honorum sunt participes, ac civilia munera subeunt. a)

a) vid. l. 128. de V.S. l. 1. §. 1. b.t.

Quorum alii sunt ORIGINARI, alii VOLUNTARI.

MUNICIPES ORIGINARIOS faciunt NATIVITAS, MANUMISSIO & ADOPTIO. a)

a) l. 1. pr. b.t.

VOLUNTARIOS facit ALLECTIO & INCOLATUS. a)

a) l. 7. C de Incol. l. 139. §. 2. π. de V.S.

Præcipuum locum inter municipes obtinent DECURIONES.

TIT.

## TIT. II.

DE

DECURIONIBUS ET FILIIS  
EORUM.

**D**ECURIONES a) sunt municipiorum  
Senatores.

a) sic dicti, quia decima pars deductorum in  
colonias ad consilium civitatis adhibebar-  
tur. *l. 239. §. 5. 22. de V. S.*

## TIT. III.

DE

## ALBO SCRIBENDO.

**H**Ic ordo Decurionum in ALBO scri-  
bendorum proponitur. a)

a) qua de re agit Ulpianus. *in l. 1. pr. b. t.*

## TIT. IV.

DE

## MUNERIBUS &amp; HONORIBUS.

**M**UNERA sunt, quæ necessario subi-  
mus lege, more, imperiove ejus qui  
jubendi habet potestatem. a)

a) *l. 214. n. de V. S.*

Suntque vel PERSONALIA, quæ ani-  
mi sollicitudine a) vel REALIA, quæ  
eum

cum sumptu, b) vel MIXTA, quæ & cum animi sollicitudine & cum sumptu c) expediuntur.

a) l. 1. §. 3. b. & vel privatam vel publicam respiciunt utilitatem l. 14. §. 1. b. Tab. de metat. p. 2. cap. 1. n. 7. 8. interdum cum honore interdum fine eo. d. h.

b) quia communiter cum sumptu geritur. l. 1. §. 3. b. sed hanc definitionem non esse universalem pronunciat Hahn. b. n. 2. ideo, quod hospitatura sit reale munus, & fiat tamen sine sumptu. l. 5. C. de metas.

c) l. 18. §. 26. & 27. b. r.

## TIT. V.

DE

## VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM.

**O**MNES autem ad munera delata cogi possunt. Quidam excusantur vel ob qualitatem PERSONARUM, vel à LEGE.

QUALITAS PERSONARUM excusat ætatem minorenem, vel senilem 55. annorum, liberos quinque habentes, adversa valetudine vel inopiâ laborantes,

in

in dignitate vel professione positos. a)  
aliasque plures.

a) l.fin.C. qui etat. vel profess. l.3. §.11. π. de mun  
ner. l.2. §.3. b. l.6. C. de profess.

## TIT. VI.

DE

## JURE IMMUNITATIS.

**A**LEGE excusationem accipiunt cleri  
milites, senatores. a)

a) l.6. C. de episc. & cler. l.9. §.1. π. de muner. l.4.  
l.5. l.14. C. de dign.

Ad PERSONALIA MUNERA per  
tinet LEGATIO.

## TIT. VII.

DE

## LEGATIONIBUS.

**L**EGATIO est munus publicum per  
sonale, quo quis à maiestate ad nego  
tia reip. gerenda mittitur. a)

a) Potissima legatorum privilegia sunt, quod  
fint sancti l.fin. b. habeant jus revocandi  
domum, & ab aliis negotiis publicis vaca  
tionem l.8. b. t. & quod absentes defendi  
debeant l.pen. §.1. b. t.

TIT.

## TIT. VIII.

DE

ADMINISTRATIONE RERUM  
AD CIVITATEM PERTINEN-  
TIUM.

PECUNIA MUNICIPALIS ritè ad-  
ministrari debet, alias administratores  
conveniuntur. a)

- a) de levi non levissima culpa, l. 6. b. ob dolum  
in duplum l. fin. s. 4. b. & quidem officio  
durante, ut ex ipsa administratione sol-  
vant. l. fin. C. de insit. aet. Eo autem finito  
non aliter tenentur, quam si proprio no-  
mine contraxerunt. l. 3. s. 2. b.

## TIT. IX.

DE

DECRETIS AB ORDINE  
FACIENDIS.

VAlent etiam DECRETA ab ordine  
Decurionum composita, a)

- a) modo ad salutem civium non ambitiosè  
ab omnibus vel duabus tertiiis partibus  
præsentibus fiant. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. s. 2.  
b. 1.

TIT.

## TIT. X.

DE

## OPERIBUS PUBLICIS.

**O**PERA PUBLICA ad universitatem  
pertinent, & publico ac privato usui  
inseruiunt. a)

a) quæ sine principis concessione non extru-  
untur, attamen privato sumptu, nisi exmu-  
lationem vel materiam seditionis præbe-  
ant. l. 3. b.

## TIT. XI.

DE

## NUNDINIS.

**N**UNDINÆ sunt mercatus universa-  
les à superiora non recognoscente,  
certo loco & tempore ob publicam utili-  
tatem instituti. a)

a) Anton. Glock, *de nund. n. 23.* Privilegium  
habent tale, quod mercatores ob debita vel  
ante vel in ipsis nundinis contracta derine-  
ri non possint. l. un. C. b. t. nisi de fuga sint  
suspecti arg. l. 50. §. 16. π. quæ in fraud. cred.  
Zœf. h. n. 3.

TIT.

TIT. XII.

DE

POLLICITATIONIBUS.

POLLICITATIO est spontaneum offerentes a) promissum.

a) sic à pacto differt. l.3.h.l.1. §.2. de paſt. & donatione l.16. §.2 π. de donat.

Fitque vel DEO ( votum ) vel Reipublicæ ( pollicitatio in specie.)

Hicce EXTRAORDINARIÆ COGNITIONES subjiciuntur.

TIT. XIII.

DE

EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBUS, ET SI JUDEX LITEM SUAM FECISSE DICATUR.

EXTRAORDINARIÆ COGNITIONES sunt, de quibus ipse Prætor cognoscere potest. a)

a) v. g. de salario Professorum, Medicorum, Advocatorum &c.

Agitur etiam hic de IMPERITIA MALE JUDICANTIS, ex quâ judex actio-

actione in factum in id quod interest tenetur. a)

a) *I. fin. b. l. s. 4. n. de O. Et A. pr. f. de obl. qua ex qs. del. nasc.*

## TIT. XIV.

DE

## PROXENETICIS.

**A**D extraordinarias cognitiones pertinet cognitio de PROXENETIS & de CENSIBUS.

PROXENETA est, cuius beneficio inter duos pluresve negotia contrahuntur. a)

a) *I. 2. l. 3. b. t. quibus pro opera proxenerium debetur, quod vel extra ordinem imploratione officii judicis l. 1. l. fin. b. t. vel ratione in factum praetoria petitur, Wissenb. b. tb. 19.*

## TIT. XV.

DE

## CENSIBUS.

**C**ENSUS est publica civium & bonorum in tabulis publicis, tributi, quod pro censu pendendum, imponendi causa, descriptio. a)

a) *C. J. A. b. tb. 2.*

Est.

Estque vel PERSONÆ per singula  
capita, vel RERUM pro modo jugerum  
imperatus. a)

a) Wissenb. b. sh. 21.

### TIT. XVI.

DE

### VERBORUM SIGNIFICA- TIONE.


### TIT. XVII.

DE

### DIVERSIS REGULIS JURIS ANTIQUI.

**H**Os duos postremos Titulos Pandectarum Dd. passim suis illustrarunt commentariis, ideo de iis quicquam hic annotare, supersedeo.

SOLI DEO GLORIA.



TI-

)( o )(

# TITULI PANDECTARUM.

## LIB. I.

|  |    |
|--|----|
| De Justitia & Jure.  | 1  |
| De Origine Juris & omnium Magistraturi<br>uri & successione prudentium.        | 2  |
| De Legibus, Senatusque consultis & longa<br>consuetudine.                      | 3  |
| De Constitutionibus principum.   | 4  |
| De Statu hominum.  | 5  |
| De his qui sui vel alieni juris sunt.  | 6  |
| De Adoptionibus & emancipationibus &<br>aliis modis, quibus potestas solvitur. | 7  |
| De Divisione rerum & qualitate.  | 8  |
| De Senatoribus.  | 9  |
| De Officio consulis.   | 10 |
| De Officio praefetti prætorio.   | 11 |
| De Officio praefetti urbi.   | 12 |
| De Officio questoris.  | 13 |
| De Officio prætorum.   | 14 |
| De Officio praefetti vigilum.  | 15 |
| De Officio proconsulis & legati.   | 16 |
| De Officio praefetti Augustalis.   | 17 |
| De Officio praefidis.  | 18 |
| De   | 19 |

## TITULI PANDECTARUM.

|  |    |
|--|----|
| De Officio procuratoris Caesaris vel ration- |    |
| nalis.                                       | 19 |
| De Officio juridici.                         | 20 |
| De Officio ejus cui mandata est Jurisdi-     |    |
| cio  | 21 |
| De Officio adsefforum.                       | 22 |

## LIB. II.

De Jurisdictione.

Quod quisque juris in alterum statuerit,  
ut ipse eodem jure utatur.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

De in jus vocando.

Si quis in jus vocatus non ierit sive quis  
eum vocaverit, quem ex edicto non de-  
buerit.

In jus vocari ut eant, aut satis vel cautum  
dent.

Ne quis eum qui in jus vocabitur vi exi-  
mat.

Qui satisdare cogantur, vel jurato pro-  
mittant, vel sua promissione commit-  
tantur.

Si ex noxali causa agatur quemadmodum  
caveatur.

Q.

De

## TITULI PANDECTARUM.

- De eo per quem factum erit, quo nimis  
quis in judicio sistat. 10
- Si quis cautionibus in judicio sistendi cau-  
sa factis non obtemperaverit. 11
- De feriis & dilationibus & diversis tem-  
poribus. 12
- De edendo. 13
- De pactis. 14
- De transactionibus. 15

## LIB. III.

- De postulando. 1
- De his qui notantur infamia. 2
- De procuratoribus & defensoribus. 3
- Quod cuiuscunq; universitatis nomine, vel  
contra eam agatur. 4
- De negotiis gestis. 5
- De calumniatoribus. 6

## LIB. IV.

- De in integrum restitucionibus. 1
- Quod meritis causa gestum erit. 2
- De dolo malo. 3
- De minoribus viginti quinq; annis. 4
- De capite ministris. 5
- Ex

## TITULI PANDECTARUM.

Ex quibus causis majores viginti quinq<sup>ue</sup> annis in integrum restituuntur. 6

De alienatione judicij mutandi causa facta. 7

De Receptis, qui arbitrium receperunt ut sententiam dicant. 8

Nautæ, caupones, stabularii ut recepta restituant. 9

### LIB. V.

De judiciis, ubi quisq; agere vel conveniri debet. 1

De inofficio testamento. 2

De hereditatis petitione. 3

Si pars hereditatis petatur. 4

De possessoria hereditatis petitione. 5

De fideicommissoria hereditatis petitione. 6

### LIB. VI.

De rei vindicatione. 1

De Publiciana in rem actione. 2

Si ager vectigalis id est emphyteuticarius petatur. 3

### LIB. VII.

De usufructu & quemadmodum quis utatur fruatur. 1

De usufructu accrescendo. 2

Q<sup>2</sup>

Quan-

## TITULI PANDECTARUM.

Quando dies legati ususfructus cedat. 3  
Quibus modis ususfructus vel usus amittitur. 4

De usufructu earum rerum que usu consumuntur vel minuuntur. 5

Si ususfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. 6

De operis servorum. 7

De usu & habitatione. 8

Ususfructarius quemadmodum caveat. 9  
LIB. VIII.

De Servitutibus. 1

De Servitutibus praediorum urbanorum. 2

De Servitutibus praediorum rusticorum. 3

Communia praediorum tam urbanorum quam rusticorum. 4

Si Servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. 5

Quemadmodum servitutes amittantur. 6

LIB. IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 1

Ad legem Aquiliam. 2

De his qui effuderint vel dejecerint. 3

De noxalibus actionibus. 4

LIB. X,

Finium regundorum. 1

F4-

## TITULI PANDECTARUM.

|                      |    |
|----------------------|----|
| Familie herciscundæ. | 2. |
| Communi dividundo.   | 3  |
| Ad exhibendum.       | 4  |

## LIB. XI.

|  |   |
|--|---|
| De interrogationibus in jure faciendis, &<br>de interrogatorii actionibus. | 1 |
| De quibus rebus ad eundem judicem ea-<br>tur.                              | 2 |
| De servo corrupto.   | 3 |
| De fugitivis.  | 4 |
| De alzatoribus.  | 5 |
| Si mensa falso modum dixerit.  | 6 |
| De religiosis, & sumptibus funerum & ut<br>funus ducere liceat.            | 7 |
| De mortuo inferendo & sepulchro inedi-<br>ficando.                         | 8 |

## LIB. XII.

|  |   |
|--|---|
| De rebus creditis si certum petetur & con-<br>ditione.               | 1 |
| De jure jurando sive voluntario seu neces-<br>sario, sive judiciali. | 2 |
| De in litem jurando.   | 3 |
| De conditione causa data, causa non ser-<br>vata.                    | 4 |
| De conditione ob turpem vel injustam<br>causam.                      | 5 |

Q 3 De

TITULI PANDECTARUM.

|                           |   |
|---------------------------|---|
| De conditione indebiti.   | 6 |
| De conditione sine causa. | 7 |

LIB. XIII.

|                                     |   |
|-------------------------------------|---|
| De conditione furtiva.              | 1 |
| De conditione ex lege.              | 2 |
| De conditione triticiaria.          | 3 |
| De eo quod certo loco dari oportet. | 4 |
| De pecunia constituta.              | 5 |
| Commodati vel contra.               | 6 |
| De pignoratitia actione vel contra. | 7 |

LIB. XIV.

|  |   |
|--|---|
| De exercitoria actione.  | 1 |
| De Lege Rhodia de jactu.   | 2 |
| De infitoria actione.  | 3 |
| De tributoria actione.   | 4 |
| Quod cum eo qui in aliena potestate est<br>negotium gestum esse dicetur. | 5 |
| De Senatusconsulto Macedoniano.  | 6 |

LIB. XV.

|                                      |   |
|--------------------------------------|---|
| De peculio.                          | 1 |
| Quando de peculio actio annalis est. | 2 |
| De in rem verso.                     | 3 |
| Quod jussu.                          | 4 |

LIB. XVI.

|                                 |   |
|---------------------------------|---|
| Ad Senatusconsultum Vellejanum. | 1 |
| De                              |   |

## TITULI PANDECTARUM.

|                       |   |
|-----------------------|---|
| De compensationibus.  | 2 |
| Depositii vel contra. | 3 |

## LIB. XVII.

|                     |   |
|---------------------|---|
| Mandati vel contra. | 1 |
| Pro socio.          | 2 |

## LIB. XVIII.

|   |   |
|---|---|
| De contrahenda emptione & de pactis in-<br>ter emptorem & venditorem composi-<br>tis, & que res venire non possunt. | 1 |
| De in diem addictione.  | 2 |
| De lege commissoria.  | 3 |
| De hereditate vel actione vendita.  | 4 |
| De rescindenda venditione & quando li-<br>cet ab emptione discedere.  | 5 |
| De periculo & commodo rei venditæ.  | 6 |
| De servis exportandis vel si ita mancipi-<br>um veneat ut manumittatur vel con-<br>tra.                             | 7 |

## LIB. XIX.

|  |   |
|--|---|
| De actionibus empti & venditi.                     | 1 |
| Locati conducti.                                   | 2 |
| De estimatoria actione.                            | 3 |
| De rerum permutatione.                             | 4 |
| De prescriptis verbis & in factum actioni-<br>bus. | 5 |

24

LIB.



TITULI PANDECTARUM.

---

LIB. XX.

*De pignoribus & hypothecis & qualiter ea  
contrahantur & de pactis eorum.* 1

*In quibus causis tacite contrahitur pignus  
vel hypotheca.* 2

*Quae res pignori vel hypothecæ datæ obli-  
gari non possunt.* 3

*Qui potiores in pignore vel hypotheca  
habeantur, & de his qui in priorum  
creditorum locum succedunt.* 4

*De distinctione pignorum vel hypotheca-  
rum.* 5

*Quibus modis pignus vel hypotheca solvi-  
tur vel non.* 6

LIB. XXI.

*De ædilitio edicto & redhibitione & quan-  
ti minoris.* 1

*De evictionibus & duplae stipulatione.* 2

*De exceptione rei venditæ & traditæ.* 3

LIB. XXII.

*De usuris & omnib⁹ accessionib⁹ & mom.* 1

*De nautico fœnore.* 2

*De probationibus & præsumptionibus.* 3

*De fide instrumentorum.* 4

*De restibus.* 5

*De juris & facti ignorantia.* 6

LIB.

TITULI PANDECTARUM.

LIB. XXIII.

|                      |   |
|----------------------|---|
| De sponsalibus.      | 1 |
| De ritu nuptiarum.   | 2 |
| De jure dotium.      | 3 |
| De pactis dotalibus. | 4 |
| De fundo dotali.     | 5 |

LIB. XXIV.

|   |   |
|---|---|
| De donationibus inter virum & uxorem.       | 1 |
| De divorciis & repudiis.                    | 2 |
| Solutio matrimonio quemadmodum dos peratur. | 3 |

LIB. XXV.

|   |   |
|---|---|
| De impensis in res dotaes factis.   | 1 |
| De rerum amotarum actione.  | 2 |
| De agnoscendis & alendis liberis, vel parentibus vel patronis vel liberis.                                  | 3 |
| De inspiciendo ventre custodie dog partu.   | 4 |
| Siventris nomine muliere in possessionem missa eadem possessio dolo malo ad ali- um translata esse dicatur. | 5 |
| Si mulier ventris nomine in possessionem caluniae causa fuisse dicatur.                                     | 6 |
| De concubinis.  | 7 |

LIB. XXVI.

|                          |    |
|--------------------------|----|
| De tutelis.              | 1  |
| De testamentaria tutela. | 2  |
| De                       | 25 |

## TITULI PANDECTARUM.

- De confirmando tutore vel curatore. 3  
De legitimis tutoribus. 4  
Decuratoriis & curatoribus datis à quibus jus dandi habent, & qui & in quibus causis specialiter dar possunt. 5  
Qui petant tutores vel curatores & ubi petantur. 6  
De administratione & periculo tutorum & curatorum qui gesserunt vel non, & de agentib⁹ vel convenientis uno vel plurib⁹. 7  
De autoritate & consensu tutorum & curatorum. 8  
Quando ex facto tutoris vel curatoris minorē agere vel convertiri possunt. 9  
De suspectis tutoribus & curatoribus. 10

## LIB. XXVII.

- De excusationibus. 1  
Ubi pupillus educari vel monari debet & de alimentis prestandis. 2  
De tutela & rationibus distribuendis, & utili curationis causa actione. 3  
De contraria & utili actione. 4  
De eo, qui pro tute, vel procuratore negotia gessit. 5  
Quod falso tute, autore gestum esse dicatur. 6

De

## TITULI PANDECTARUM.

- Defidejussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum vel curatorum. 7  
De magistratibus convenientibus & heredibus eorum 8  
Derebus eorum qui sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienandis vel supponendis. 9  
De curatoribus furioso & aliis extra minoribus dandis. 10

## LIB. XXVIII.

- Qui testamenta facere possunt & quemadmodum testamenta fiant. 1  
De liberis & posthumis heredibus instituendis vel exheredandis vel præteritis. 2  
De injusto,rupto,irrito factio testamento. 3  
De his,que in testamento delentur, inducuntur vel inscribuntur. 4  
De heredibus instituendis. 5  
De vulgari & pupillari substitutione. 6  
De conditionibus institutionum. 7  
De jure deliberandi. 8

## LIB. XXIX.

- De testamento militis. 1  
De adquirenda vel amittenda hereditate. 2

26

Te

TITULI PANDECTARUM,

|   |   |
|---|---|
| Testamenta quemadmodum aperiantur,<br>inspiciantur & describantur.                      | 3 |
| Si quis omissa causa testamenti ab intestato<br>vel alio modo possideat hereditatem.    | 4 |
| De Senatus consulto Sillaniano & Claudia-<br>no quorum testamenta ne aperiantur         | 5 |
| Si quis aliquem testari prohibuerit vel<br>coegerit.                                    | 6 |
| De jure codicillorum.   | 7 |
| LIB. XXX.   |   |
| De legatis & fideicommissis.  | 1 |
| LIB. XXXI.  |   |
| De legatis & fideicommissis.  | 1 |
| LIB. XXXII.   |   |
| De legatis & fideicommissis.  | 1 |
| LIB. XXXIII.  |   |
| De annuis & menstruis legatis.  | 1 |
| De usu & usufructu & habitatione & o-<br>peris per legatum vel fideicommissum<br>datis. | 2 |
| De servitute legata.  | 3 |
| De dote prælegata.  | 4 |
| De optione vel electione legato.  | 5 |
| De tritico, vino, vel oleo legato.  | 6 |
| De instruicto vel instrumento legato.   | 7 |
| De peculio legato.  | 8 |
| De  |   |

## TITULI PANDECTARUM.

|                          |    |
|--------------------------|----|
| De penulis legata.       | 9  |
| De supellecibile legata. | 10 |

### LIB. XXXIV.

|   |   |
|---|---|
| De alimentis vel cibariis legatis.  | 1 |
| De auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veste, vel vestimentis & statuis legatis. | 2 |
| De liberatione legata.  | 3 |
| De adimendis vel transferendis legatis.   | 4 |
| De rebus dubiis.  | 5 |
| De his quae pœna causa relinquuntur.  | 6 |
| De regula Catoniana.  | 7 |
| De his quae pro non scripto habentur.   | 8 |
| De his quae ut indignis auferuntur.   | 9 |

### LIB. XXXV.

|   |   |
|---|---|
| De conditionibus & demonstrationibus & causis, & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. | 1 |
| Ad Legem Falcidiam.   | 2 |
| Si cui plus quam per Legem Falcidiam licet legatum esse dicetur.                            | 3 |

### LIB. XXXVI.

|  |   |
|--|---|
| Ad Senatusconsultum Trebellianum & Pegasianum.   | 1 |
| Quando dies legatorum vel fideicommisorum cedat. | 2 |

TITULI PANDECTARUM.

|   |    |
|---|----|
| <i>Uit legatorum seu fideicommissorum ser-</i>      |    |
| <i>vandorum causa caveatur.</i>                     | 3  |
| <i>Uit in possessionem legatorum vel fideicom-</i>  |    |
| <i>missorum causa esse liceat.</i>                  | 4  |
| LIB. XXXVII.  |    |
| <i>De bonorum possessionibus.</i>                   | 1  |
| <i>Si tabulae testamenti nullae extabunt.</i>       | 2  |
| <i>De bonorum possessione furioso infantis,</i>     |    |
| <i>muto, surdo, cæco competente.</i>                | 3  |
| <i>De bonorum possessione contra tabulas.</i>       | 4  |
| <i>De legatis prestandis contra tabulas bo-</i>     |    |
| <i>norum possessione petita.</i>                    | 5  |
| <i>Decollatione bonorum.</i>                        | 6  |
| <i>De collatione dotis.</i>                         | 7  |
| <i>De conjugendis cum emancipato liberis</i>        |    |
| <i>eius.</i>  | 8  |
| <i>De ventre in possessionem mittendo &amp; cu-</i> |    |
| <i>ratore eius.</i>                                 | 9  |
| <i>De Carboniano edicto.</i>                        | 10 |
| <i>De bonorum possessione secundū tabulas.</i>      | 11 |
| <i>Si à parente quis manumissus sit.</i>            | 12 |
| <i>De bonorum possessione ex testamento mi-</i>     |    |
| <i>litis.</i>                                       | 13 |
| <i>De jure patronatus.</i>                          | 14 |
| <i>De obsequiis parentibus &amp; patronis pre-</i>  |    |
| <i>standis.</i>                                     | 15 |
| LIB.  |    |

## TITULI PANDECTARUM.

### LIB. XXXVIII.

|  |    |
|--|----|
| De operis libertorum.                                      | 1  |
| De bonis liberti.  | 2  |
| De libertis municipum & aliarum universitatium.            | 3  |
| De assignandis libertis.                                   | 4  |
| Si quid in fraudem Patroni factum sit.                     | 5  |
| Si tabulae testamentinullae extabunt unde liberi.          | 6  |
| Unde legitimi.   | 7  |
| Unde cognati.  | 8  |
| De successorio editio.                                     | 9  |
| De gradibus & adfinibus & nominibus eorum.                 | 10 |
| Unde vir & uxor.   | 11 |
| De veteranorum & militum successione.                      | 12 |
| Quibus non competit bonorum possessio.                     | 13 |
| Ut ex legibus senatusve consultis bonorum possessio detur. | 14 |
| Quis ordo in bonorum possessionibus detur.                 | 15 |
| De suis & legitimis heredibus.                             | 16 |
| Ad senatusconsultum Tertullianum & Orphitianum.            | 17 |
| LIB. XXXIX.  |    |
| De operis novi muniatione.                                 | 1  |
| De   |    |

TITULI PANDECTARUM.

|   |    |
|---|----|
| <i>De damno insecto &amp; protectionibus &amp; sug-</i> |    |
| <i>grundis.</i>   | 2  |
| <i>De aqua &amp; aquæ pluvie arcende.</i>               | 3  |
| <i>De publicanis &amp; vestigalibus &amp; commis-</i>   |    |
| <i>sis.</i>   | 4  |
| <i>De donationibus.</i>                                 | 5  |
| <i>De mortis causa donationibus.</i>                    | 6  |
| LIB XL.   |    |
| <i>De manumissionibus.</i>                              | 1  |
| <i>De manumissis vindicta.</i>                          | 2  |
| <i>De manumissionibus quæ servis ad univer-</i>         |    |
| <i>sitatem pertinentibus imponuntur.</i>                | 3  |
| <i>De manumissis testamento.</i>                        | 4  |
| <i>De fideicommissariis libertatibus.</i>               | 5  |
| <i>De ademptione libertatis.</i>                        | 6  |
| <i>De statu liberis.</i>                                | 7  |
| <i>Qui sine manumissione ad libertatem per-</i>         |    |
| <i>veniunt.</i>   | 8  |
| <i>Qui &amp; à quib⁹ manumissi liberi non sunt</i>      |    |
| <i>ad Legem Eliam Sentiam.</i>                          | 9  |
| <i>De jure aureorum annolorum.</i>                      | 10 |
| <i>De natalibus restituendis.</i>                       | 11 |
| <i>De liberati causā.</i>                               | 12 |
| <i>Quibus ad libertatem proclaimare non li-</i>         |    |
| <i>ceat.</i>  | 13 |
| <i>Si ingenuus esse dicatur.</i>                        | 14 |
|   | Ne |

## TITULI PANDECTARUM.

|   |    |
|---|----|
| Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur. | 15 |
| De collusione detegenda.                            | 16 |

## LIB. XLI.

|   |    |
|---|----|
| De adquirendo rerum dominio.              | 1  |
| De adquirienda vel amittenda possessione. | 2  |
| De usurpationibus seu usucaptionibus.     | 3  |
| Pro emptore.                              | 4  |
| Pro herede & pro possessore.              | 5  |
| Pro donato.                               | 6  |
| Pro derelicto.                            | 7  |
| Pro legato.                               | 8  |
| Pro dote.                                 | 9  |
| Pro suo.                                  | 10 |

## LIB. XLII.

|  |   |
|--|---|
| Dere judicata & de effectis sententiarum & de interlocutionibus. | 1 |
| De confessis.  | 2 |
| De cessione bonorum.   | 3 |
| Quibus ex causis in possessionem eatur.                          | 4 |
| De rebus auctoritate judicis possidendis seu vendendis.          | 5 |
| De separationibus.   | 6 |
| De curatore bonis dando.   | 7 |
| Quæ  |   |

TITULI PANDECTARUM.

*Quæ in fraudem creditorum facta sunt* 8  
*ut restituantur.*

LIB. XLIII.

- |   |    |
|---|----|
| <i>De interditis.</i>   | 1  |
| <i>Quorum bonorum.</i>  | 2  |
| <i>Quod legatorum.</i>  | 3  |
| <i>Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.</i>                                     | 4  |
| <i>De tabulis exhibendis.</i>   | 5  |
| <i>Ne quid in loco sacro vel itinere fiat.</i>  | 6  |
| <i>De locis &amp; itineribus publicis.</i>  | 7  |
| <i>Ne quid in loco publico vel itinere fiat.</i>  | 8  |
| <i>De loco publico fruendo.</i>   | 9  |
| <i>De via publica, &amp; si quid in ea factum esse dicetur.</i>                             | 10 |
| <i>De via publica &amp; itinere publico reficiendo.</i>                                     | 11 |
| <i>De fluminibus, ne quid in flumine publico ripave ejus fiat quo pejus navigatur.</i>      | 12 |
| <i>Ne quid in flumine publico fiat, quo alter aquæ fluat atque ut priore estate fluxit.</i> | 13 |
| <i>Ut in flumine publico navigare liceat.</i>   | 14 |
| <i>De ripa munienda.</i>  | 15 |
| <i>De vi &amp; de vi armata.</i>  | 16 |
| <i>Uti</i>  |    |

## TITULI PANDECTARUM.

|  |    |
|--|----|
| <i>Utri possidetis.</i>                      | 27 |
| <i>De superficiebus.</i>                     | 18 |
| <i>De itinere aetug<sub>3</sub> privato.</i> | 19 |
| <i>De aqua cotidiana &amp; aestiva.</i>      | 20 |
| <i>De rivis.</i>                             | 21 |
| <i>De fonte.</i>                             | 22 |
| <i>De cloacis.</i>                           | 23 |
| <i>Quod vi aut clam.</i>                     | 24 |
| <i>De remissionibus.</i>                     | 25 |
| <i>De preario.</i>                           | 26 |
| <i>De arboribus cedendis.</i>                | 27 |
| <i>De glande legenda.</i>                    | 28 |
| <i>De homine libero exhibendo.</i>           | 29 |
| <i>De liberis exhibendis item ducendis.</i>  | 30 |
| <i>Utrubi.</i>                               | 31 |
| <i>De migrando.</i>                          | 32 |
| <i>De Salviano interdicto.</i>               | 33 |

## LIB. XLIV.

|  |   |
|--|---|
| <i>De exceptionibus, prescriptionibus &amp; pra-<br/>judiciis.</i>                       | 1 |
| <i>De exceptione rei judicatae.</i>  | 2 |
| <i>De diversis temporibus, prescriptionibus<br/>&amp; de accessionibus possessionum.</i> | 3 |
| <i>De doli mali &amp; metus exceptione.</i>  | 4 |
| <i>Quarum rerum action non datur.</i>  | 5 |
| <i>De</i>  |   |

TITULI PANDECTARUM.

|   |   |
|---|---|
| <i>De litigiosis.</i>   | 6 |
| <i>De obligationibus &amp; actionibus.</i>  | 7 |
| LIB. XLV.   |   |
| <i>De verborum obligationibus.</i>  | 1 |
| <i>De duobus reis constituendis.</i>  | 2 |
| <i>De stipulatione servorum.</i>  | 3 |
| LIB. XLVI.  |   |
| <i>De fidejussoribus &amp; mandatoribus.</i>  | 1 |
| <i>De novationibus &amp; delegationibus.</i>  | 2 |
| <i>De solutionibus &amp; liberationibus.</i>  | 3 |
| <i>De acceptilatione.</i>   | 4 |
| <i>De stipulationibus prætoriis.</i>  | 5 |
| <i>Rem pupilli vel adolescentis salvam fore.</i>  | 6 |
| <i>Judicatum solvi.</i>   | 7 |
| <i>Ratam rem haberi &amp; de ratihabitione.</i>   | 8 |
| LIB. XLVII.   |   |
| <i>De privat is delictis.</i>   | 1 |
| <i>Defurtis.</i>  | 2 |
| <i>De tigno juncto.</i>   | 3 |
| <i>Si is quia testamento liber esse jussus fuerit,<br/>post mortem domini ante aditam here-<br/>ditatem surripuisse aut corrupisse di-<br/>cetur.</i> | 4 |
| <i>Furti adversus nautas, cauponas, stabula-<br/>rios.</i>  | 5 |
| <i>Si familia furtim fecisse quid dicetur.</i>  | 6 |
| Ar-   |   |

TITULI PANDECTARUM.

|   |    |
|---|----|
| <i>Arborum furtim cœsarum.</i>                                  | 7  |
| <i>Vibonorum raptorum.</i>                                      | 8  |
| <i>De incendio, ruina, naufragio, rate, nave<br/>expugnata.</i> | 9  |
| <i>De injuriis &amp; famosis libellis.</i>                      | 10 |
| <i>De extraordinariis criminibus.</i>                           | 11 |
| <i>De sepulchro violato.</i>                                    | 12 |
| <i>De concusſione.</i>  | 13 |
| <i>De abigeis.</i>  | 14 |
| <i>De prævaricatione.</i>                                       | 15 |
| <i>De receptatoribus.</i>                                       | 16 |
| <i>De furibus balneariis.</i>                                   | 17 |
| <i>De effractoribus &amp; expilatoribus.</i>                    | 18 |
| <i>Expilatio hereditatis.</i>                                   | 19 |
| <i>Stellionatus.</i>  | 20 |
| <i>De termino moto.</i>   | 21 |
| <i>De collegiis illicitis &amp; corporibus.</i>                 | 22 |
| <i>De popularibus actionibus.</i>                               | 23 |

L<sup>I</sup>B. XLVIII.

|  |   |
|--|---|
| <i>De judiciis publicis.</i>                             | 1 |
| <i>De accusationibus &amp; inscriptionibus.</i>          | 2 |
| <i>De custodia &amp; exhibitione reorum.</i>             | 3 |
| <i>Ad legem Julianam de adulteriis coercen-<br/>dis.</i> | 4 |
| <i>Ad legem Julianam majestatis.</i>                     | 5 |
| <i>Ad legem Julianam de vi publica.</i>                  | 6 |
| <i>Ad</i>  |   |

TITULI PANDECTARUM.

|  |          |
|--|----------|
| <i>Ad legem Julianam de vi privata.</i>  | 7        |
| <i>Ad legē Corneliam de sicariis &amp; veneficiis.</i>   | 8        |
| <i>Ad legem Pompejam de parricidiis.</i>   | 9        |
| <i>De lege Cornelia de falsis.</i>   | 10       |
| <i>Ad legem Julianam repetundarum.</i>   | 11       |
| <i>De lege Julia de annonā.</i>  | 12       |
| <i>Ad legem Julianam peculatus &amp; de Sacrilegiis &amp; residuis.</i>                            | 13       |
| <i>Ad legem Julianam ambitus.</i>  | 14       |
| <i>De lege Flavia de plagiariis.</i>   | 15       |
| <i>Ad Senatusconsultum Turpilianum &amp; de abolitionibus criminum.</i>                            | 16       |
| <i>De requirendis vel absentibus damnatis.</i>   | 17       |
| <i>De questionibus.</i>  | 18       |
| <i>De pœnis.</i>   | 19       |
| <i>De bonis damnatorum.</i>  | 20       |
| <i>De bonis eorum, qui ante sententiam vel mortem sibi conciverunt vel accusatorem corruerunt.</i> | 21       |
| <i>De interdictis &amp; de relegatis &amp; deportatis.</i>   |          |
| <i>De sententiā passis &amp; restitutis.</i>   | 23. (22) |
| <i>De cadaveribus punitorum.</i>   | 24       |
| LIB. XLIX.   |          |
| <i>De appellationibus &amp; relationibus.</i>  | 1        |
| <i>A quibus appellare non licet.</i>   | 2        |
| <i>Quis</i>  |          |

## TITULI PANDECTARUM.

|  |    |
|--|----|
| Quis à quo appelletur.                                       | 3  |
| Quando appellandum sit, & intra quæ tempora.                 | 4  |
| De appellationibus recipiendis vel non.                      | 5  |
| De libellis dimissoriis qui Apostoli dicuntur.               | 6  |
| Nihil novari appellatione interposta.                        | 7  |
| Quæ sententiae sine appellatione rescindantur.               | 8  |
| An per alium cause appellationum reddi possunt.              | 9  |
| Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellaverit.   | 10 |
| Eum qui appellaverit in provincia defendi.                   | 11 |
| Apud eum, à quo appellatur, etiam causam agere compellendum. | 12 |
| Si pendente appellatione mors intervenerit.                  | 13 |
| De jure fisci.   | 14 |
| De captivis & postliminio, & redemptis ab hostibus.          | 15 |
| De re militari.  | 16 |
| De castrensi peculio.  | 17 |
| De veteratis.  | 18 |

LIB. L.

TITULI PANDECTARUM.

LIB. L.

|   |    |
|---|----|
| <i>Ad municipalem &amp; de incolis.</i>   | 1  |
| <i>De decurionibus &amp; filiis eorum.</i>  | 2  |
| <i>De albo scribendo.</i>   | 3  |
| <i>De muniberis &amp; honoribus.</i>  | 4  |
| <i>De vacatione &amp; excusatione munerum.</i>  | 5  |
| <i>De jure immunitatis.</i>   | 6  |
| <i>De legationibus.</i>   | 7  |
| <i>De administratione rerum ad civitatem<br/>pertinentium.</i>                                      | 8  |
| <i>De decretis ab ordine faciendis.</i>   | 9  |
| <i>De operis publicis.</i>  | 10 |
| <i>De nundinis.</i>   | 11 |
| <i>De pollicitationibus.</i>  | 12 |
| <i>De variis &amp; extraordinariis cognitionibus<br/>&amp; si judex litem suam fecisse dicetur.</i> | 13 |
| <i>De proxeneticis.</i>   | 14 |
| <i>De censibus.</i>   | 15 |
| <i>De verborum significatione.</i>  | 16 |
| <i>De diversis regulis juris antiqui.</i>   | 17 |

EX LIBRIS  
EX LIBRIS  
EX LIBRIS  
EX LIBRIS

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17

# RECEPTARUM JURIS UTRIUSQUE REGULARUM PARTI- TIONES,

In quibus utriusque Juris regulæ  
specialibus titulis comprehensæ ad sua  
genera revocantur, & ad usum Foren-  
sem, quantum fieri potuit, ac-  
commodantur


## GERMANO COUSINIO

in Supremo Parisiensi Senatu

Advocato, Auctore.

---

M DCC II.



LECTORI S.

Vi Juris civilis Pandectas  
composuerunt, rectè in  
earum calce regularum  
titulum constituisse vi-  
dentur; nimirum ut intelligent ii,  
qui Juri civili dant operam, quem-  
admodum in cæteris artibus &  
disciplinis; ita & in Jurisprudentia  
esse quædam axiomata, quæ in ipso-  
rum animis hærere debent, si quem  
ex juris civilis studio fructum refer-  
re velint: nec satis eis esse omnes  
leges, & legum paragraphos die &  
nocte manu versare, nisi Juris ci-  
vilis regulas colligant, & eas tan-  
quam notiones generales menti-  
bus impressas habeant. Ideo, nisi  
fallor, vulgo libris Institutionum  
subjiciuntur tituli regularum, ut  
cum primis juris civilis elementis

R 2 et-

etiam regulas studioſa juventus  
perdiſcat. Verum cum ejusmodi  
regulæ ut proponuntur, omnino  
dissolutæ & diuīſæ ſint, autor eas  
animi gratia conglutinavit, & ra-  
tione quadam inter ſe conſtrinxit,  
eoque ordine diſpoſuit, ut ad ſua  
genera revocatae, & ad uſum foren-  
ſem quantum fieri potuit, accom-  
modatae videantur, nec juris Ponti-  
ficii regulas omittendas putavit,  
quod ferè ex ipſo jure civili ſumtæ  
effent. Cum autem hoc opuſcu-  
lum ex ipſius manibus multorum  
deſideria eripuerint, ut in lucem  
prodeat, nunc tibi oblatum aequo  
animo accipe, ut, cum tibi gratum  
effe author ſenſerit, ad majora in  
poſterum deſromenda excitetur.  
Vale.

RE.



# RECEPTARUM JURIS UTRIUSQUE REGULARUM PARTITIONES.

## PRÆFATIO.

*Quamvis ex jure, quod est, regula fiat.*

**R**EGULA est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat, non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure quod est, regula fiat. *Paulus l. r. ff. de R. f.*

Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur: &c, ut ait Sabinus, quasi causæ conjectio est. *d. l. i.*

*Non est tamen sine conjectione.*

Regula quippe simul, cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. *d. l. regula 1.*

**6 Receptarum Juris utriusq<sub>3</sub>**

*Convenit isti effato, quod dicitur ; Omnis definitio in Jure civili periculosa est ; parum est enim, ut non subverti possit. L. omnis 202. D. eod. tit.*

*Omnis regule, vel ad jus divinum, vel ad humanum pertinent.*

**DE JURE DIVINO.**

**CAP. I.**

*Ad divinum referuntur, que de ecclesiasticis agunt.*

*Qui institui debent.*

**B**eneficium ecclesiasticum non potest licetē sine institutione canonica obtineri. c. beneficium. i. de reg. Jur. in 6.

*Instituti ita se gerere debent, ut pro spiritualibus homagium, ut ita dicam, non præsent.*

Indignum est, & à Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum ; ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur. c. Indignum. ii. de reg. Jur. ext.

*Gre-*

*Gregem non deserant,*

Non potest esse pastoris excusatio, si  
Iupus oves comedit, & pastor nescit. c.  
quamvis.10.de reg. Jur. ext.

*Rebus sacris non abutantur.*

Semel Deo dicatum non est ad usus  
humanos ulterius transferendum. c.se-  
mel.51.de reg. Jur. 6.

Quicquid in sacratis Deo rebus, & Epi-  
scopatis injuste agitur, pro sacrilegio re-  
putatur.

*Quare?*

R. Quia sacra sunt, & à quoquam vio-  
lari non debent. c.quæ multoties.7.dereg.  
Jur.ext.

*& Ecclesiæ non noceant.*

Delictum personæ non debet in detri-  
mentum ecclesiæ redundare. c.delictum.  
67,dereg. Jur. 6.

## DE JURE HUMANO, ET PRIMUM DE NATURALI.

### CAP. II.

*Ad humanum referuntur, quæ juris natu-  
ralis, vel civilis sunt.*

8. Receptarum Juris utriusq.

A jure naturale orta est,

1. Aequalitas?

Qvod ad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt. I. quod attinet 32. D. reg. Jur.

Nempe ex naturati jure est omnis aequitas.

2. Libertas.

Nempe libertas est naturalis facultas i servitus juris gentium constitutio. Inst. lib. tit. 3. §. 1. 2.

Libertas omnibus rebus favorabilior. I. libertas 122. D. eod. tit.

Libertas inestimabilis res est. I. libertas 186. tit.

3. Cognatio.

Infinita aestimatio est libertatis, & necessitudinis. I. non est. 176. §. Infinita. eod. tit.

Quæ dirimi non potest.

Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. I. Jura. 8. eod. tit.

Nec enim dirimit agnatio civilis cognationem.

DE

**DE JURE CIVILI, ET PRIMUM  
DE PUBLICO.**

**CAP. III.**

*Jus civile est vel publicum, vel privatum.  
An non & publicum ad ius gentium, immo  
& naturale spectet, est considera-  
tionis.*

*Publicum est non quod necessitas indu-  
cit.*

**Q**uae propter necessitatem recepta  
sunt, non debent in argumentum  
trahi. l. quis propter 162. D. eod. tit.

In argumentum trahi nequeunt, quae  
propter necessitatem sunt aliquando  
concessa. c. In argumentum. 78. de reg.  
Jur. 6.

*ne quod contra ius sit,  
Quod contra rationem Juris receptum  
est, non est producendum ad conse-  
quentiam. l. quod contra 141. D. de reg.  
Jur.*

*Quae à jure communi exorbitant, ne-  
quaquam ad consequentiam sunt trahen-  
da. c. quae à jure. 28. de reg. jur. 6.*

R 5

Quod

Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere. c. quod latenter. 5. de reg. Jur. ext.

Quæ contra Jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. c. quæ contra. 64. de reg. Jur.

sed quod publicè fit,

Refertur ad universos, quod publicè fit per majorem partem. l. aliud. 160. §. refertur. D. de reg. Jur.

probatur; imò & probari meritò debet,

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. c. quod omnes. 20. de reg. Jur. 6.

Nempe & omnibus prodest?

Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent. l. cuius. 148. D. de reg. Jur.

Ideo servandum, & sponte quidem,

Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debet, facit; & ideo jam non feuit. c. qui ex timore. de reg. Jur. extr.

Qui vetante Prætore facit, hic adversus

*Regularium Partitiones.*

ii

*sus edictum fecisse propriè dicitur. l. qui  
vetante. 102. D. de reg. Jur.*

*nec ei derogandum sive privatâ  
conventione,*

*Nec ex prætorio, nec ex solenni Jure,  
privatorum conventione quicquam im-  
mutandum est: quamvis obligationum  
causæ pactione possint immutari, &  
ipso Jure, & per pacti conventi exceptio-  
nem.*

*Ratio.*

*Qui actionum modus vel lege, vel per  
prætorem introductus, privatorum pa-  
ctionibus non infirmatur. Nisi tunc, cum  
inchoatur actio, inter eos convenit. l. nec  
ex prætorio. 27. D. eod. tit.*

*Privatorum conventio Juri publico  
non derogat. l. neg. pignus 45. §. privato-  
rum. D. eod. tit.*

*Temporaria permutatio Jus provin-  
ciæ non innovat. l. nemo. 123. §. tempora-  
ria. D. eod. tit.*

*Sive falsâ interpretatione.*

*Certum est, quod is committit in le-  
gem, qui legis verba amplectens, contra-*

R. 6 le-

legis nititur voluntatem, c. certum. 88. de  
reg. Jur. 6.

## DE JURE PRIVATO, ET PRIMUM DE PERSONIS.

### TITUL. IV.

*Privatum Jus ad Personas, vel ad Res, vel  
ad judicia refertur.*

*Personarum autem regule sunt, in quibus  
agitur de his, quae ad dominicam po-  
tatem, vel ad patriam, vel ad tutelam  
attinent.*

*In Dominica servi dominis prosunt,*  
**M**elior conditio nostra per servos fieri  
potest; deterior fieri non potest. I.  
melior. 133. D. reg. Jur.

*non sibi,  
Qui in servitute est, usucapere non  
potest.*

*Regule ratio prima.  
Nam cum possideantur, possidere non  
videtur. I. qui in servitute. 118. D. eod.*

*Altera.  
Quia prouallis habentur.*

*Quod*

*Regularum Partitiones.*

13

Quod attinet ad Jus civile, servi pro nullis habentur. *I. quod attinet.* 32. eod.

*& pro mortuis,*

Servitutem mortalitati ferè compara-mus. *I. servitutem.* 209. eod. tit.

*nec Reipublicæ causa possunt abesse.*

Servus reipubl. causâ abesse non po-test. *I. ult.* eod. tit.

*Unde sit, ut ab eis facta, libertis factis | non profint.*

Quod quis dum servus est, egit, profi-cere liberto facto non potest. *I. quo quis.* 146. eod. tit.

*In Patria potestate Filius familias | non acquirit,*

Filius familias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur. *I. filius familias.* 39. eod. tit.

*sed ei, in cuius potestate est.*

Quæ legata mortuis nobis ad hæ-re-dem nostrum transeunt, eorum commo-dum per nos his, in quorum potestate su-mus, eodem casu acquirimus. *I. que lega-ta.* 18. eod. tit.

R 7

In



*In Tutela.*

*Datur tutor heredi?*

Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei quem in suis haeredibus, cum moritur, habuit habiturusve esset, si vixisset.  
*I. quo tutela. 73. §. nemo. eod tit.*

*ut ei profit.*

Pupillus nec velle, nec nolle in ea constat, nisi apposita tutoris autoritate, creditur.

*Ratio regule.*

Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris autoritas necessaria est. *I. pupillus. 189. eod. tit.*

*non nocent.*

Neque in interdicto, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est. *I. neg. 198. eod. tit.*

## DE REBUS, ET PRIMUM DE PRIVILEGIIS.

### CAPUT V.

*Res distinguuntur in Dominia, & Obligations.*

*ad*

*Ad Dominia referuntur regulæ, in quibus de Privilegiis, Servitute, Donatione, Usucapione, & Successione agitur.*

4. DE PRIVILEGIIS.

*Privilegia varia sunt.*

*P*rivilegia quædam causæ sunt, quædam personæ. *l. privilegia 196. eod. tit.*

*Utraque non nisi volentibus conceduntur,*

*Invito beneficium non datur. l. Invito 69. eod. tit.*

*Quod cuique pro eo præstatur, invito non tribuitur. l. Invitus. 156. §. ult. eod. tit.*

*ut eis profint, non noceant.*

*Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, c. quod ob gratiam. 61. de reg. Jur. 6.*

*neg̃ ab eis auferuntur.*

*Indultum à Jure beneficium non est alieni auferendum. c. Indultum 17. eod t. 6.*

*De-*

Debet concessum à principe beneficium esse mansurum. c. decet. 16. eod. tit. 6.

Differunt, quoad hæredem.

Privilegia quæ causæ sunt, ad hæredem transmittuntur: quæ personæ sunt, ad hæredem non transiunt d.l. Privileg. 19<sup>b</sup>.

Privilegium personale personam sequitur, & exstinguitur cum persona c. pr<sup>er</sup> vilegium. 7. de reg. Jur. 6.

In omnibus causis id observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoq[ue] deficiat: ubi verò genus actionis id desiderat, ibi ad quemvis persequutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii. L. in omnibus. 68. D. eod. tit.

Quod alicui gratiōsē conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. c. quod alicui. 74. de reg. Jur. 6.

## DE SERVITUTE.

### CAP. VII.

Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri,

ib

in quo jus non habet. l. domum. 61. D. de  
reg. Jur.

## DE DONATIONE.

*Donatio valet, si à volente.*

CAP. VII.

**D**onatio est ejus, quod e consulto dona-  
tur: l. cuius per errorem 53. D. eod. tit.

*& non coacte sit.*

Donari videtur, quod nullo Jure co-  
gente conceditur l. donari. 82. D. eod. tit.

*eius rei, quæ donatarii fieri possit.*

Non videntur data, quæ eo tempore  
quo dantur, accipientis non fiunt. l. non  
videtur. 167. D. eod. tit.

*dum lex non prohibeat.*

Cur donare non conceditur, proban-  
dum erit; nec si, donationis causa conser-  
ferit, ratam ejus voluntatem habendam.  
l. cum quis. 165. §. cui. D. eod. tit.

## DE USUCAPIONE.

CAP. VIII.

*In Usucazione tria requiruntur.*

*i. Bonæ fides.*

**B**ona fides tantum possidenti præstat,  
quantum veritas, quoties lex impedi-  
men-

18 Receptarum Juris utriusq;

mento non est. 1. bona fides. 136. D. eod.  
tit.

Possessor malae fidei nullo tempore  
præscribit. c. possessor. 2. de reg. Jur. 6.

2. Titulus.

Qui autore judice comparavit, bonæ  
fidei possessor est. 1 qui autore 137. D. de  
reg. jur.

2. Et possessio.

Sine possessione præscriptio non pro-  
cedit c. sine. 3. de reg. Jur. 6.

Ut nulla possessio acquiri, nisi animo &  
corpore potest; ita nulla amittitur, nisi  
in qua utrumque in contrarium actum-  
est. 1. ferè. 153. § ut igitur. D. eod. tit.

DE SUCCESSIONE TESTA-  
MENTARIA.

CAP. XI.

*Successio defertur aut Jure civili, aut Jure  
pretorio.*

*Jure civili, vel ex testamento, vel ab in-  
testato.*

*In testamentaria successione quatuor pro-  
pœ.*

ponuntur: 1. testator. 2. hæres. 3. legatarius. 4. ipsum testamentum.

1. Testator.

Nempe ut plenè testetur.

Jus nostrum non patitur eundem in paganis & testatō, & intestatō deceſſisse, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, testatus & intestatus. l. Jus nostrum. 7. D. de reg. jur.

2. Hæres.

Circa hunc confiderandum, quod is plerumq; eſt qui ad tutelam vocatur.

Quo tutela redit, eo hæreditas pervenit, niſi cum foeminæ hæredes intercedunt. l. quo tutela 73. D. eod. tit.

Item quod in universum Jus succedat.

Hi qui in universum Jus succedunt, hæredis loco habentur. l. in pari cauſa. 122. §. hi D. eod tit.

Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucces-  
ſio in universum Jus, quod defunctus ha-  
buit. l. hæreditas 61. D. eod tit.

Et quidem ab ipso die mortis,  
Omnis hæreditas, quamvis poſtea ad-  
ea-

eatur, tamen cum tempore mortis continuatur. l. omnis 138. D. eod. tit.

Qui per successionem quamvis longissimam defuncto hæredes existiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes existunt. l. qui per successionem. 194. D. eod. tit.

Ideo<sup>g</sup>. ut eodem Jure, quo defunctus, atatur,

Hæredem ejusdem potestatis jurisque esse, cuius fuit defunctus, constat. l. hæredem. 59. D. eod. tit.

Is qui in Jus succedit alterius, eo Jure, quo ille, uti debet, c. is qui. 46. de R. J. 6.

Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam ipse habuit. l. nemo. 120. D. dereg. Jur.

& ita defuncti factum præstet,

Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. l. ex qua. 149. D. eod.

*Nec ei noceant, que defuncto non obfuerunt.*

Cum quis in alterius locum successit, non est æquum ei nocere hoc, quod ad- ver-

versus eum non nocuit, in cuius locum  
successit. *l. invitus.* 156. §. cum quis. *D. eod.*

*Si duo heredes sunt, in partes vocantur.*

Uni duo pro solido heredes esse non  
possunt. *l. quod contm.* 183. §. uni. *D. eod.*

*At verò non est heres, qui habere  
non potest.*

*Quod quis si velit, habere non potest,  
id repudiare non potest. l. qui potest.* 174.  
§. *quod quis. D. eod. tit.*

*vel cuius institutio inutilis est:*

*Quæ ab initio inutilis fuit institutio,  
ex post facto convalescere non potest. l.  
que ab initio.* 210. *D. eod.*

*ut nec is, qui in alium transfert.*

*Non vult heres esse, qui ad alium  
transferre voluit hereditatem. l. non vult.  
§. D. eod.*

### 3. Legatarius.

*Qui in re legata, eo jure utitur, quo de-  
functus; nec majore.*

*Absurdum est plus Juris habere eum,  
cui legatus sit fundus, quam heredem,  
aut ipsum testatorem, si viveret. l. aliud.  
160. §. absurdum. D. eod.*

*Si.*

*Siquidem in testamento est gravatus, cap-  
pit ex testamento, si obligatione libera-  
tur.*

*Si quis obligatione liberatus sit, potest  
videri cepisse. l. si quis n*s*. D. eod. tit.*

#### 4. Testamentum.

*Quod corruit, si ab initio est vitiosum.*

*Omnia quæ ex testamento profici-  
scuntur, ita statum eventus capiunt, si  
initium quoque sine vitio ceperint. l. o-  
mnia 201. D. eod. tit.*

*Vel si nemo ex eo hæres sit.*

*Si nemo subiit hæreditatem, omnis  
vis testamenti solvitur. l. si nemo. 181. D.  
cod. tit.*

## DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.

### CAP. X.

*Successioni ab intestato locus est, si aut non  
factum est à defuncto testamentum,  
aut non jure, aut ex eo nemo hæres ex-  
sistat, atque ita testamentum non va-  
leat.*

**Q**uamdiu potest valere testamentum,  
tam-

tamdiu legitimus non admittitur, l.  
quamdiu.89.D.eod.tit.

Defertur autem ab intestato hæreditas  
liberis, non solum natis;

Quoties dupli jure defertur alicui  
succeslio, repudiato novo Jure, quod ante  
defertur, supererit vetus. l. quoties. 91.  
D. eod.

sed & posthumis.

Si quis prægnantem uxorem reliquit,  
non videtur sine liberis deceßisse. l. si quis.  
187.D. eod.tit.

## DE SUCCESSIONE PRÆTORIA. CAP. XI.

PRÆTOR bonorum possessorem hæredis  
loco in omni causa habet l. prætor. 117.  
D. eod. tit.

## DE OBLIGATIONIBUS, ET PRIMUM DE IIS, QVÆ EX CONTRACTU SUNT.

CAP. XII.

In Obligationibus duo queruntur; que  
sunt, & quomodo tolluntur.

Oblig.

Obligationum autem hic tres tantum species notantur, nimirum que ex contractu, ex quasi contractu, & ex delicto sunt.

Contractuum regulæ, aut generales sunt, aut speciales.

Generales, vel de obligatione contrahenda; vel de ipsius contractæ effectu trahi etant.

In obligatione contrahenda considerantur contrahentes, id de quo contrahitur, & Forma contractus.

In contrahentibus tria requiruntur.

### i. FACULTAS,

seu contrahendi potestas.

**Q**ui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus. Hæredia autem hoc imputari non potest, cum non spontè cum legatariis contrahat. I. qui cum alio. 19. D. de reg. Jur. Nempe cum libero homine, & liberam habente administrationem tantum est contractus.

Nihil enim agitur cum servo,

10

In Personam servilem nulla cadit obligatio. *l.in personam.22.D.eod.tit.*

*nec cum furioso, neque cum pupillo;*  
*nisi tutore authore.*

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui faci possunt; quamvis actum rei non intelligant.

*Queratio.*

Nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia tutore authore potest. *l.in negotio.3.D.eod.tit.*

*2. VOLUNTAS.*

*Quæ requirit certam scientiam;*

In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt. *l.in totum.76.D.eod.tit.*

*sive ipsi contrahamus.*

Ubi non voce, sed præsentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo: hic quidem & respondere potest. *l.ubi non voce.24.D.eod.*

*si alius nostro nomine.*

S. Pot-

28 Receptarum Juris utriusq[ue]

Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. c. potest. 68. de reg. jur. 6.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum. c. qui facit. 72. eod. tit.

Inde sit, ut furiosus, aut is, cui bonis interdictum est, non admittatur ad contrahendum nec per se.

Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. l. furiosi. 40. D. eod.

Furiosus absentis loco est. d. l. ubi non voce. 124. §. furiosus. D. eod.

Neque per alium,

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno nomine licebit. quod alicui. 67, de reg. Jur. 6.

Nec is, qui in alterius potestate est.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini. l. velle. 4. D. de reg. jur.

Nec is, qui vi, vel metu cogitur.

Nihil consensui tam contrarium est (qui & bonæ fidei judicia sustinet) quam vis atq; metus. Quem comprobare contra bonos mores est. l. mihi. 116. D. eod.

Nec

Nec qui errat.

Non videntur consentire qui errant.  
d.l.nibil.u6. §. non videntur.

neque is, qui non vult.

Ejus est nolle, qui potest velle. l.ejus.3.  
D.eod.tit.

Sed nec is, qui tacet.

Qui tacet, non utique fatetur; sed ta-  
men verum est, eum non negare. l. qui ta-  
cet. 142. D.eod.

Is qui tacet, non fatetur, sed nec uti-  
que negare videtur. c. is qui 44. de reg.  
jur. 6.

secus est in iis, in quibus consensus ex-  
pressus minimè requiritur.

Qui tacet, consentire videtur. c. qui  
tacet. 45. de reg. jur. 6.

### 3. FIDES

Nimirum ut à nobis absit fraus.

Non debet alteri per alterum iniqua  
conditio inferri. l. non debet. 74. D. de  
reg. jur.

& dolus:

Si convenit, ne dolus præstetur, non va-  
let.

*Quare?*

Hoc enim bona fidei judicio contrarium est. *I. contractus.* 23. vers. excepto eo *D. eod. tit. Fraus & dolus prodesse, & similitas nocere alicui non debet. l. i. ff. de dolo malo.*

*Alioquin tenemur.*

*Consilii non fraudulentii nulla obligatio est. I. consilii. 47. D. eod.*

*Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. c. nullus. 62. de reg. jur. 6.*

*Nisi is, cum quo contrahimus, sciat, & consentiat.*

*Scienti & consentienti non fit injuria, neque dolus. c scienti 27. de reg. jur. 6.*

*Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. I. nemo. 145. D. de reg. jur.*

## DE EO, QVOD IN OBLIGATIONEM INCIDIT.

### CAP. XIII.

*Quod in obligationem incidit, vel res est, vel factum.*

*Res requiritur, que non impossibilis.*

*Im.*

Impossibilium nulla obligatio est. *i. impossibilium. 185. D. dereg. jur.*

Nemo potest ad impossibile obligari.  
c.nemo 6. de reg. jur. 6.

Ea quæ dari impossibilia sunt. vel quæ  
in rerum natura non sunt, pro non adje-  
ctis habentur. *l. ea qua. 135. D. de reg.*  
*Jur.*

Verum est, neque pacta, neque stipula-  
tiones factum posse tollere.

### *Ratio.*

Quod enim impossibile, neque pactum, neque stipulatione potest comprehendendi, ut utilern actionem aut pactum efficere possit. *I. verum. 31. D. eod.*

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. *I. ubi pugnantia.*  
*183. §. quærerum. eod. tit.*

*Vel quærarò accidit.*

Ea quæ raro accidentur, non temerè in  
agendis negotiis computantur. *I.ea quæ.*  
*64.D.eod.tit.*

*Vel quæ in nullius bonis est.*

Quod nullius esse potest, id ut aliqui-  
S 3 jus

30 Receptarum Juris utriusq[ue]

jus fieret, nulla obligatio valet efficere. l.  
quod nullius. 182. D.eod.tit.

*Vel quæ in bonis nostris non est.*

Quod evincitur, in bonis non est. l.  
quod evincitur. 190. eod. tit.

Non videtur perfectè cujusque id esse,  
quod ex casu auferri potest. l. omnes. 139.  
§. non videtur. D.eod.

*Vel quæ ipius est, cum quo contrahimus,*

Non, ut ex pluribus causis deberi no-  
bis idem potest; ita ex pluribus causis  
idem potest nostrum esse. l. non ut ex plur-  
ibus. 139. D.eod.tit.

*Sed quæ mea est.*

Plerumque fit, ut etiam ea, quæ à no-  
bis abire possunt, perinde in eodem statu  
sint, at quo si non essent ejus conditionis,  
ut abire possent: & ideo quod fisco obli-  
gamus, & vindicare interdum, & aliena-  
re, & servitutem prædio imponere possu-  
mus. l. plerumq[ue]. 205. D.eod.tit.

*Factum, quod in obligationem incidit,  
honestum esse debet.*

*Semper in conventionibus non solum  
quid*

quid licet considerandum est, sed &  
quid honestum sit. *l. semper. 197. D. eod.*

*Non omne, quod licet, honestum est.  
l. non omne. 144. D. eod. tit.*

## DE FORMA CONTRACTUS.

### CAP. XVI.

*Forma contractus pendet ex conventione.*

**C**ontractus ex conventione legem ac-  
cipere dignoscuntur. *c. contractus.*  
*85. dereg. jur. 6.* Hoc servabitur quod  
initio convenit. Legem enim contra-  
ctui dedit. *l. contractus. 23. §. nam hoc. D.*  
*reg. jur.*

*Quae interdum pura est.*

In omnibus obligationibus, in quibus  
dies non ponitur, præsenti die debetur.  
*l. in omnibus. 14. D. eod.*

*Interdum sub conditione,*

Generaliter probandum est, ubi cuncti  
in bonæ fidei judiciis confertur in arbit-  
rium domini, vel procuratoris ejus con-  
ditio, pro boni viri arbitrio hoc haben-  
dum esse. *l. in personam 22. §. generaliter.*  
*D. eod.*

S 4

Quod

*Qnod pendet, non est pro eo quasi sit. l. is damnum. 169. S. quod pendet D. eod.*

*nec ex librarii errore vitiatur.*

*Si librarius in transcribendis stipula-  
tionis verbis errasset, nihil nocere, quo  
minus & reus & fidejussor tenerentur. l.  
si librarius. 92. D. eod.*

## DE OBLIGATIONIS CONTRA- CTÆ EFFECTIBUS.

### CAP. XV.

*Obligationis contractæ effectus, tum ini-  
pis contrahentibus, tum in re de qua  
contractum est, dignoscuntur.*

*In contrahentibus quidem, sive in eo qui  
dat, sive in eo qui accipit.*

*Nam qui DAT, rem præstare tenetur.*

**I**D quod nostrum est, sine facto nostro  
ad alium transferri non potest. l. id  
quod. II. D. eod. tit.

*Præstitisse autem non videtur, si is, qui  
stipulatus est rem sibi tradi, à peti-  
tione summovetur.*

*Non*

Non potest videri accepisse, qui stipulatus, potest exceptione summoveri. *I. si quis. 115. § non potest. D. eod.*

Non videtur cepisse, qui per exceptionem removetur à petitione *I. non videtur 3. D. eod.*

*vel alii tenetur rem restituere.*

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. *I. non videtur. 51. D. eod. tit.*

*vel res auferri potest.*

Non videtur perfectè cujusque id esse, quod ex causa auferri potest, *I. omnes. 139. §. non videtur. D. eod.*

*Præterea qui DAT, jus suum trans fert,*

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet. *I. nemo. 54. D. eod.*

Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. *C. nemo. 79. de reg. jur. 6.*

*Qui autem ACCIPIT solvere tenetur.*

S S

Is

Is natura debet, quem jure gentium dare oportet; cuius fidem sequuti sumus.  
I. cum amplius. 84. S. is natura. D. de reg. jur.

Secus si solutionis, quæ à me exigitur,  
causa pendeat duntaxat à futura recep-  
tione. Nihil enim agitur.

Nemo ideo obligatur, quia receptu-  
rus est ab alio quod præstiterit. L. nemo 171.  
D. eod.

Præterea qui ACCIPIT, in jus dantis  
succedit.

Qui in jus, dominiumve alterius suc-  
cedit, jure ejus uti debet. I. qui in jus. 177.  
D. eod. tit.

Non debeo melioris conditionis esse,  
quæm author meus, à quo jus in me trans-  
iit. L. in his. 175. S. non debeo. D. eod. tit.

*Itaque ei nocet, quod autori nocuit.*

Quod ipsis, qui contraxerunt obstat,  
& successoribus eorum obstat. L. quod  
ipsis 143. D. eod. tit.

AB

Ab utroque lex conventionis servanda.

Quod si per unum steterit, ei tantum  
nocebit, non alteri.

Factum cuique suum, non adversari  
nocere debet. *I. factum 155. D. eod.*

Mora sua cuilibet est nociva. *c. mora*  
*25. de reg. jur. 6.*

Unicuique sua mora nocet, quod & in  
duobus reis promittendi observatur, &  
condemnatione. *§. unicuiq. 3. D. de reg. jur.*

*In eo quod ad eum attinet, res habebitur  
pro impleta.*

In omnibus causis pro facto accipitur  
id, in quo per alium mora sit, quo minus  
fiat. *I. in omnibus. 39. D. eod.*

In jure civili receptum est, quoties  
per eum, cuius interest conditionem  
non impleri fiat, quo minus impleatur,  
periinde haberi, ac si impleta conditio  
fuisset.

*An in omnibus.*

Quod ad libertatem & legata, & ad  
hæredum institutiones perducitur; qui-  
bus exemplis stipulationes quoque com-

S. 6 mit.

36 Receptarum Juris utriusq;

mittuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni parere<sup>t</sup>. l. in jure civili. 61. D. eod.

Cum non stat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. c. cum non stat. 66. de reg. jur. 6.

Qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. l. qui potest. 174. D. de reg. jur.

Nec à conventione perfecta licet discedere.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest. c. quod semel. 21. de reg. jur. 6.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius detrimentum. l. nemo 75. D. de reg. jur.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. c. mutare 33. de reg. jur. 6.

*Nisi ex mutuo consensu.*

Nihil tam naturale est, quam eo generare quodque dissolvere, quo colligatum est.

est. Ideo nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur. *l. nihil 35. D. de reg. jur.*

Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. *l. omnia. 100. D. eod.*

Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur. *c. omnis. 1. d. reg. jur. ext.*

Fere quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur; cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. *l. fere 153. D. de reg. jur.*

Obligationum causæ pactio posse sunt immutari. *l. nec ex prætorio. 27. eod. tit.*

Creditor qui permittit rem venire, pinguis dimittit. *l. creditor. 158. eod. tit.*

*Vel nisi obligatio ab initio sit inefficax,*

Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. *l. quod ab initio. 29. D. eod.*

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. *c. non firmatur. 18. d. reg. jur. 6.*

38 Receptarum Juris utriusque

Secus si postea res eo pervenit, unde non  
potuit incipere.

Non est novum, ut quæ semel utiliter  
constituta sunt, durent, licet ille casus ex-  
stiterit, à quo initium capere non potue-  
runt. *l. in ambiguis. 85. §. non est. D. de*  
*reg. jur.*

Factum legitiimè retractari non de-  
bet, licet casus postea eveniat, à quo  
non potuit inchoari. *c. factum. 73. de*  
*reg. jur. 6.*

*In RE, de qua contractum est, consi-  
derantur commoda & incommoda.*

*Commoda possessori cedunt.*

Secundum naturam est commoda cu-  
jusque rei cum sequi, quem sequuntur  
incommoda. *L secundum. 10. D. de reg.*  
*jur.*

Qui sentit onus, sentire debet com-  
modum, & contra. *c. qui sentit. 55. de reg.*  
*jur. 6.*

*Tanquam accessoria rei.*

Accessorium naturam sequi congruit  
principalis. *c. accessorium. 42. eod. tit.*

Cum

Cum principalis causa non consistit.,  
plerumque nec ea quidem , quæ sequun-  
tur, locum habent. *I. cum principalis.* 178.  
*I. nihil dolo.* 129. *§. cum principalis.* *D. de*  
*reg. Jur.*

*Nisi possessor contractum arguit.*

Ex eo quis non debet fructum conse-  
qui, quod nixus est impugnare. *c. ex eo.* 38.  
*eod. tit. 6.*

*Incommoda quoque possessorem se-  
quuntur.*

Rationi congruit, ut succedat in one-  
re, qui substituitur in honore. *c. rationi.*  
*77. eod. tit. 6.*

## DE SPECIALIBUS CONTRA- CTUUM REGULIS.

### CAP. XVI.

*Speciales contractuum regule sunt, quæ  
ad unum contractum referuntur.*

*Veluti,*

### AD COMMODATUM.

*Commodatum dolum & culpam re-  
cipit. *I. contractus* 23. *§. commodatum.*  
*D. de reg jur.**

**AD**

## AD DEPOSITUM.

Depositum rei suæ consistere non potest. *I. neque pignus. 45. D. eod. tit.*

Depositum dolum tantum recipit. *I. contractus. 23. S. depositum. D. eod. tit.*

## AD PRECARIUM.

Precarium rei suæ consistere non potest. *I. neque pignus. 45. D. eod. tit.*

Precarium dolum tantum recipit. *I. contractus. 23. D. eod. tit.*

## AD PIGNUS.

Fructus rei est, vel pignori dare licere. *I. fructus. 72. D. eod. tit.*

Plus cautionis est in re, quam in persona. *I. plus. 25. D. eod. tit.*

Pignus rei suæ consistere non potest. *I. neque pignus. 45. D. eod. tit.*

Pignus dolum & culpam recipit. *I. contractus. 23. D. eod. tit.*

## AD STIPULATIONEM.

*Quæ alteri fieri non potest.*

Nee paciscendo, nec legem dicendo,  
nec stipulando, quisquam alteri cavere  
potest.

poteſt l. quo tutela. 73. §. nec paciſcendo.

D. eod. tit.

In eā tempus contractus ſpectamus.

In stipulationibus id tempus ſpecta-  
mus, quo contrahimus. l. non omne.

144. §. in stipulationibus. D. eod. tit.

Si filius familias ſub conditione ſti-  
pulatus emancipatus fuerit, deinde  
extiterit conditio, patri actio com-  
petit.

*Ratio.*

Quia in stipulationibus id tempus  
ſpectamus, quo contrahimus. l. quæ le-  
gata. 18. §. ſi filius familias. D. eod. tit.

Sub conditione ſtipulantes omnino  
eis acquirimns, in quorum potestate ſu-  
mus, etiam ſi liberatis nobis potestate  
domini conditio exiftat. d.l. quæ legata.  
18. §. nam & D. eod. tit.

In stipulationibus promiſſoris gratia  
tempus adjicitur. l. cum tempus. 17. in fine.  
D. eod.

**AD VENDITIONEM.**

*In qua conſideratur,  
Vendor,*

*Cui*

**42** *Receptarum Juris utriusq[ue]*

Cui Jus est donandi, eidem & vendendi, & concedendi jus est. *I. cui jus.* 163. *D. eod.*

Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. *I. cum quis.* D. 165. *eod.*

Qui potest invitatis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest. *I. qui potest.* 26. *D. eod.*

*Emtor.*

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. *c. qui contra* 82. *dereg. jur.* 6.

*Res.*

Emtio rei suæ consistere non potest. *I. neque pignus.* 45. *D. dereg. jur.*

*Pretium.*

Imaginaria non est venditio pretio accedente. *I. imaginaria* 16. *D. eod tit.*

*Forma contractus.*

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. *I. aliud.* 160. *D. eod.*

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. *I. non alienat.* 119. *D. eod.*

*Ef.*

*Effectus.*

Venditio dolum & culpam recipit. *l.*  
*contractus. 23. D. eod. tit.*

## AD LOCATIONEM.

Locatio rei suæ consistere non potest,  
*l. neque pignus. 45. D. eod. tit.*

Locatio dolum & culpam recipit. *l.*  
*contractus. 23. D. eod. tit.*

## AD MANDATUM.

*Cui comparatur ratihabitio. Quæ locum  
 habet non solum in civilibus,*

Ratihabitionem retrotrahi, & man-  
 dato non est dubium comparari. *c. rati-  
 habitionem. 10. de reg. jur. 6.*

Semper qui non prohibet pro se inter-  
 venire, mandare creditur.

Sed & si quis ratum habuerit quod ge-  
 stum est, obstringitur mandati actione.  
*i. semper. 60. D. eod. tit.*

*Sed & in criminalibus.*

In maleficio ratihabitio mandato  
 comparatur. *l. hoc jure. 194. §. in malefi-  
 cio. D. eod.*

Hic

44 Receptarum Juris utriusq;

Hic consideratur res; puta cuius nomine sit gesta.

Ratum qvis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. c. ratum  
9. dereg. jur. 6.

& effectus,

Mandatum dolum, & culpam recipit. l. contractus. 23. Dereg. jur.

AD SOCIETATEM.

Socii mei socius, socius meus non est.  
l. consilii. 47. §. socii. D. eod. tit.

Societas dolum & culpam recipit. Ni si quid nominatim vel plus, vel minus convenit, l. contractu. 23. D. eod.

AD NUPTIAS.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. nuptias. 33. D. eod. tit.

Dotis datio dolum, culpam, & diligentiam recipit. l. contractus. 23. D. eod.

DE QVASI CONTRACTU  
UM REGULIS.

CAPUT XVIII.

Et primo quidem, quae referuntur,

AD

AD NEGOTIORUM GESTIONEM,

*In quâ habetur ratio doli, culpæ, &  
negligentiae,*

**N**egotiorum gestio dolum, culpam  
& diligentiam recipit. *l. contractus. 23.*  
*D. eod. tit.*

*Cum temerè quis non debeat aliena  
curare.*

Culpa est, immiscere se rei ad se non  
pertinenti. *l. culpa. 36. D. eod. tit.*

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum  
non pertinet, se immiscet. *c. non est. 19. ds.  
reg. jur. 6.*

AD TUTELAM,

Tutela dolum, culpam, & diligen-  
tiam recipit. *l. contractus. 23. D. de reg.  
jur.*

AD COMMUNIONEM RERUM,

In re communi potior est conditio  
prohibentis. *c. in re. 56. de reg. jur. 6.*

Communio rerum dolum, & culpam  
recipit. *l. contractus. 23. D. de reg. Jur.*

AD INDEBITUM,

Cum amplius solutum est quam debe-  
ba-

46 Receptarum Juris utriusque

batur, cuius pars non invenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intellegitur; manente pristinâ obligatione. *l.*  
*cum amplius. 84. D. eod.*

Per errorem dati repetitio est. *l. cuius per errorem. 53. D. eod.*

DE GENERALIBUS DELICTO-  
RUM REGULIS.

CAP. XVIII.

*Quæ ad delictum pertinent regulæ, genera-  
rales sunt, vel speciales :  
Generales sunt hæ, in quibus consideran-  
tur quinque.*

*1. Is qui delinquit.*

*Q*ui non facit quod facere debet, vis-  
detur facere adversus ea quæ non fa-  
cit : & qui facit quod facere non debet,  
non videtur facere id, quod facere jussus  
est. *l. qui non facit. 121. D. eod. tit.*

Defleat peccator. Quia offendens in  
uno factus est omnium reus. *c. defleat. 9.  
de reg. Jur. ex.*

*2. Ipsi sum*

2. *Ipsum delictum,*

Cum quid prohibetur, prohibentur  
omnia quæ sequuntur ex illo. c. cum quid.  
39. de reg. Jur. 6.

3. *Antecedentia,*

Cum quid una via prohibetur alicui,  
ad id aliâ non debet admitti. c. cum quid.  
84. eod. tit. 6.

4. *Consequentia,*

Nunquam ex post facto crescit delicti  
æstimatio. l. omnis. 138. §. nunquam D. de  
reg. jur.

5. *Effeſtus,*

Nemo ex suo delicto meliorem suam  
conditionem facit. l. non fraudantur. 134.  
§. nemo. D. eod.

non debet quis alterius odio prægra-  
vari. non debet. 22. de reg. jur. 6.

DE SPECIALIBUS DELICTO-  
RUM REGULIS.

CAP. XIX.

Speciales sunt, quæ referuntur,

AD FURTUM,

Pu-

**P**upillum, qui proximus pubertati sit,  
capacem esse & furandi, & injuriæ fa-  
ciendæ. *l. pupillum. iii. D. de reg. Jur.*

Nemo prædo est, qui pretium nume-  
ravit. *l. nemo 126. D. eod.*

*AD VIM, quam committit is qui facit.*

Vi factum id esse videtur, quod quis  
cum prohiberetur, fecit: clam, quod  
quisque cum controversiam haberet, ha-  
biturumve se putaret, fecit. *l. quo tutela*  
*73. §. vi factum. D. eod.*

Hoc jure utitur, ut quicquid omnino  
per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in  
privatæ crimen incidat. *l. hoc jure. 15<sup>2</sup>.*  
*D. eod.*

*Et qui mandat fieri:*

Dejicit & qui mandat. *d l. hoc jure. 15<sup>2</sup>.*  
*§. dejicit.*

*Non autem is, qui suo jure utitur.*

Non videtur vim facere, qui suo jure  
utitur, & ordinaria actione experitur. *l.*  
*factum. 155. §. non videtur. D. eod.*

*AD DAMNUM. In quo consideran-*  
*tur tria,*

*ad*

2. A quo damnum datur. Datur nimisrum  
ab eo, qui quid iniquum facit.

Nemo damnum facit, nisi qui id facit,  
quod facere Ius non habet. *I. nemo. 151.*  
*D. eod.*

*Vel qui imperite quid facit,*  
Imperitia culpæ annumeratur. *I. impe-*  
*ritia. 132. D. eod. tit.*

*Vel qui jubet facere,*  
Is damnum dat, qui jubet dare. *I. is*  
*damnum. 169. D. eod.*

2. Is cui datur damnum, si culpa  
ipsius contigerit.

Quod quis ex culpa sua damnum sen-  
tit, non intelligitur damnum sentire.  
*I. quod quis. 203. D. eod.*

Damnum quod quis culpa sua sentit,  
sibi debet non aliis imputare. *c. dam-*  
*num. 86. de reg. jur. 6.*

3. Eventus damni dati.

Jure naturæ æquum est, neminem  
cum alterius detimento, & injuria, fie-  
ri locupletiorem. *I. Jure naturæ. 206. D.*  
*eod.*

T

Locu-

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuriā , vel jactura. c. locupletari. 48. de reg. jur. 6.

## AD INJURIAM.

Pupillum qui proximus pubertati sit, capacem esse injuriæ faciendæ , constat. l. pupillum. III. D. de reg. jur.

Scienti non fit injuria , neque dolus. c. scienti. 27. de reg. jur. 6.

## QUIBUS MODIS OBLIGATIONES TOLLUNTUR.

## CAP. XX.

*Obligationes tolluntur.*

*Solutione ; vel ipsi creditor i facta,*

**N**ihil dolo creditor facit, qui suum recipit, l. nihil. 129. D. reg. jur.

*vel alii jussu ejus ,*

Quod jussu alterius solvitur , pro eo est , quasi ipsi solutum esset. l. quod jussu. 180. D. eod.

*Rei debitæ, sed cum fructibus.*

Cum verbum, Restituas, lege inveniatur, & si non specialiter de fructibus ad ditum

ditum est; tamen etiam fructus sunt restituendi. *I. In condemnatione. 173. §. cum verbum. D. eod.*

*Item acceptilatione ritè facta.*

Actus legiti, qui non recipiunt diem, vel conditionem (velut emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servia optio, datio tutoris) in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectio- nem.

Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium afferunt.

*Quatenus hoc sit,*

Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit.

Quod si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum. *I. actus. D. eod.*

Actus legiti conditionem non recipiunt, neq; diem. *c. actus. 50. de reg. jur. 6.*

Verborum obligatio verbis tollitur. *I.*

*T. 2*

*nihil*

52. Receptarum Juris utriusq[ue]  
nihil tam naturale. 35. §. ideo. D. dereg.  
jur.

## DE JUDICIIS, ET PRIMUM DE JUDICE.

### CAP. XIII.

*In judiciis non solum personas, quibus ipsa  
constant; sed etiam litis persecutionem  
videmus.*

*Personæ sunt tres, Judex, Actor, & Reus.*

*Pro JUDICE non queritur infamis,  
INfamibus portæ non patent dignita-  
tum. c. Infamibus. 87. dereg. jur. 6.*

*Nec servus,*

*In his quæ officium per liberas fieri  
personas leges desiderant, servus inter-  
venire non potest. l. in his. 175. D. eod.*

*Nec fæmina.*

*Fæminæ ab omnibus officiis civili-  
bus, vel publicis remotæ sunt; & ideo  
nec judices esse possunt, nec magistra-  
tum gerere, nec postulare, nec pro alio  
intervenire, nec procuratores existere.  
l. fæmina. 2. D. eod.*

*Nec*

Nec impubes.

Impubes omnibus officiis civilibus abstinere debet. *d.l fæminæ.* §. Item impubes. Sed magistratus, ut *Prætor*, adeundus.

Ubicunque causæ cognitio est, ibi *prætor* desideratur. *l. ubicunque.* 105. *D. eod.*

*Qui in civilibus actionem dat.*

Eius est actionem denegare, qui potest & dare. *l. qui vetante* 102. §. *ejus. D. eod.*

*Judicem constituit, qui secundum prescriptam formulam judicat.*

Factum à *Judice*, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. *l. factum.* 170. *D. eod.*

Ea quæ fiunt à *Judice*, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

*c. ea quæ. 26. de reg. Jur. 6.*

*absque personarum acceptione.*

In judiciis non est acceptio personarum habenda. *c. In judiciis. 12. de reg. jur. 6.*

*condemnando vel absolvendo.*

Nemo qui condemnare potest, absolvere non potest. *l. nemo.* 37. *D de reg. jur.*

*T. 3* *In*

*In criminalibus ea, quæ meri imperii sunt, sibi retinet.*

Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuiusvis alterius coercitionis, ad alium transferre. *I. nemo. 70. D. eod.*

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè posit fieri.

*Ratio,*

Ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *non est. 176. D. eod.*

## DE ACTORE.

### CAP. XXII.

*Actor ager non alieno nomine,*

**N**emo alieno nomine lege agere potest. *I. nemo. 123. D. eod.*

*sed suo,*

Plerumque enimoris eadem causa debet esse circa petendum, ac defendendum, quæ fuit authoris. *I. invitus. 156. §. plerumque. D. eod.*

*Certus esse debet,*

*Qui agit, certus esse debet,*

*Quare?*

Dum

Dum sit in potestate ejus, quando velit experiri, & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *l. qui in alterius. 42. vers. nam planè.*  
*D. eod.*

*Nec sibi plus arrogare debet, quam reoliceat.*

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. *l. non debet. 41. D. eod.*

Non licet actori, quod reo licitum non exsiftit. *c. non licet. 32. dereg. jur. 6.*

## DE R E O.

### CAP. XXIII.

*Reus vocatus interdum non defendit : idque vel quia abest,*

*Absentia ejus, qui Reipub. causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet. l. absentia. 140 D. de reg jur.*

*Vel quia cum eo non est actio,*

*Cum servo nulla actio est. l. cum servo.  
107. D. eod. tit.*

T 4

vel

*vel quia non vult:*

Non defendere videtur, non tantum  
qui latitat; sed & is qui praesens negat se  
defendere; aut non vult suscipere actionem.  
*I. non defendere.* 52. D. eod.

*Nec enim cogipotest,*

Invitus nemo cogitur rem defende-  
*re.* *I. invitus.* 156. D. eod.

Nemo de domo sua extrahi debet.  
*I. nemo.* 103. D. eod.

*Sed verò vel defendit per se,*

Cui damus actionem, eidem & ex-  
ceptionem competere multo magis quis  
dixerit. d. *I. invitus.* 156. §. *cui damus.*

Qui ad agendum admittitur, est ad  
exciplendum multo magis admittendus.  
*c. qui ad.* 71. *de reg. jur.* 6.

*Vel per alium.*

Nemo dubitat solvendo videri eum,  
qui defenditur. *I. nemo.* 95. D. *de reg.*  
*jur.*

*Et quidem cum satisdatione.*

Qui rem alienam defendit, nunquam  
locuples habetur, *I. qui rem.* 166. D.  
eod.

**Nemo**

Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisfatione. *l. in eo.  
u. o. §. nemo D. eod.*

DE LITIS PERSECUTIONE ET  
PRIMUM DE ACTIONE.

CAP. XXIV.

*Litis persecutio comprehendit actionem,  
exceptionem, replicationem, contesta-  
tionem, probationes, sententiam.  
In actione notandum est, initium litis in-  
choari.*

*Non à questionibus.*

**I**n ipso causæ initio non est à quæstio-  
nibus inchoandum. *c. cum in contem-  
platione. b. de reg. jur. ext.  
sed ab actione quam qui habet, & si mi-  
nus quam rem habeat.*

Minus est actionem habere, quam  
rem. *l. minus. 204. D. de reg. jur.*

*tamen ipsam rem habere videtur.*

*Is qui actionem habet ad rem recupe-  
randam, ipsam rem habere videtur. l. is  
qui. 15. D. eod. tit.*

Datur antea actio ei, cuius interest.

Quatenus<sup>l</sup> cuiusque intersit, non in  
facto, sed in jure consistit. l. quatenus.  
14. D. eod

& ei, qui sine dolo est.

Nemo videtur dolo exequi, qui ig-  
norat causam, cur non debeat petere.  
l. qui in jus 177. l. nemo. D. eod.

Qui sine dolo malo ad judicium pro-  
vocat, non videtur moram facere. l. qui  
sine. 63. D. eod.

*Adversus cum per quem habere  
non potuit.*

Generaliter cum de fraude disputa-  
tur, non quid habeat actor, sed quid per  
adversarium habere non potuerit, conser-  
derandum est. l. generaliter. 98. D.  
eod.

*Vel eum, qui dolo egit.*

Quando dolus, & calliditas interces-  
tit, de dolo actio competit. l. consilii. 47.  
§. ceterum. D. eod.

*Et ejus heredem,*

Toties in heredem damus actionem  
de eo quod ad eum pervenit, quoties ex  
dolo

dolo defuncti convenitur, non ex suo. l.  
toties 44. D. eod.

In contractibus successores, ex dolo  
eorum quibus successerunt, non tantum  
in id quod pervenit, verum etiam in soli-  
dum tenentur: hoc est, unusquisque  
pro ea parte, qua haeres est. L. ad ea. 157.  
§. in contractibus. D. eod.

In contractibus, in quibus dolii præ-  
statia, vel bona fides inest, haeres in soli-  
dum tenetur. l. hoc jure. 152. §. in contra-  
ctibus. D. eod.

Cum prætor in haeredem dat actionem  
quatenus ad eum pervenit, sufficit,  
si vel momento ad eum pervenit ex do-  
lo defuncti. l. cum prætor. 127. D. eod.

*Non ante tempus solutioni dictum.*

Nihil peti potest ante id tempus, quo  
per rerum naturam persolvi possit, &  
eum solvendi tempus obligationi addi-  
tur, nisi eo præterito peti non potest. l.  
nihil. 186. D. eod. tit.

*Si plures dantur actiones,  
In civilibus una experiendum.*

**60** *Receptarum Juris utriusque*

Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet. *I. nemo 45. §. quoties D. eod. tit.*

*In pœnaliibus secus, quia alia aliam non consumit :*

Nunquam actiones, præfertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit. *I. nunquam. 130. D. eod.*

*Nec interest, quæ præponatur; nisi in causa existimationis.*

Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis. Ubi autem æquiparrantur famosa judicia, et si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt. *I. si in duabus. 104. D. eod.*

*He non dantur in hæredem.*

*In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio; veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum. I. pupillum. III. §. in hæredem. D. eod.*

*Nisi quatenus adeum pervenit.*

*Sicut*

Sicut poena ex delicto defuncti hæres teneri non debet; ita nec lucrum facere, si quid ex ea redit eum pervenit. *I. sicut.*  
*38. D. eod.*

*Vel nisi lis cum defuncto contestata fuerit.*

Pœnalia judicia semel accepta in hæredes transiunt, *I. pœnalia. 164. D. eod.*  
tit.

## DE EXCEPTIONE.

### CAPUT XXV.

*Exceptionis regulæ sunt vel generales, vel  
speciales.*

*Generales sunt haec:*

*E*xceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri, *c.*  
*exceptionem. 63. de reg. jur. 6.*

Desinit debitor is esse, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. *I. Marcellus. 66. D.*  
*dereg. jur.*

Nihil interest ipso Jure, quis actionem

non habeat, an per exceptionem infirmitur. *I. nihil interest.* 112. *D. eod. tit.*

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur. *c. nullus.* 20. *de reg. jur.* 6.

Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti; nisi lex impedit. *I. nemo.* 43. *D. de reg. jur.*

*Speciales referri possunt vel ad eas actiones,*

*qua ex contractibus; vel ad eas, que ex delictis sunt.*

*Priores vel ab Actore, vel à Reo, vel à Re que petitur, vel à contractu du cuntur.*

*Ab ACTORE, utpote cui negatur actio, si dolo agit.*

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est. *I. In condemnatione.* 173. §. *dolo.* *D. eod.*

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. *c. dolo.* 59. *de reg. jur.* 6.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. *c. bona fides.* 83. *eod. tit.* 6.

Bona

Bona fides non patitur, ut bis idem  
exigatur. *I. bona fides. 57. D. de reg.  
jur.*

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo  
servari, cui fidem a se praestitam servare  
recusat. *c. frustra. 75. de reg. jur.  
6.*

Illi debet permitti poenam petere,  
qui in ipsam non incidit. *I. cumpar. 154.  
§. illi. D. de reg. jur.*

*vel pro dolo alieno agit.*

Alterius circumventio alii non praebet  
actionem. *I. alterius. 49. D. eod.  
tit.*

*A REO; nimirum*

*Si ignorat quod debetur,*

Ignorantia facti non Juris excusat.  
*c. ignorantia. 13. de reg. jur. 6.*

Non potest videri improbus, qui  
ignorat quantum solvere debeat. *I. non  
potest. 99 ff. de reg. jur.*

Qui in alterius locum succedunt, ju-  
stam habent causam ignorantiae, an id  
quod petitur debeatur. Fidejussiones  
quoque

quoque non minus, quam heredes, justam ignorantiam possunt allegare.

*Quatenus obtinet regula?*

Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agatur; non etiam, si agat. *L. qui in alterius. 42. D. eod.*

Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantiae causam censetur habere. *c. cum quis. 14. de reg. jur. 6.*

*Si in mora non est.*

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio. *L. nulla. 88. D. de reg. jur.*

Non est in mora, qui potest exceptio ne legitima se tueri. *c. non est. 60. de reg. jur. 6.*

Imputari non debet ei, per quem non fiat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c. imputari. 41. eod. tit.*

*Si moram purgare paratus est.*

Ubi lex duorum mensium fecit men tionem & qui sexagesimo primo die ve nerit, audiendus est. Ita enim Imperator Antoninus cum divo patre suo rescri psit. *L. ubi lex. 101. D. de reg. jur.*

Si

*Si ab eo fraus abest.*

Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. *I. non fraudantur.*

*134. D. eod. tit.*

*Si adversus eum non est actio.*

Ex poenibus causis non solet actio in patrem de peculio dari. *I. ex poenibus.*

*58. D. eod.*

*ARE; que petitur,*

*Sireus eam non habet,*

Non potest videri desuisse habere, qui nunquam habuit. *I. non potest.. 08. D. eod. tit.*

Non videntur rem amittere quibus propria non fuit. *I. non videntur. 83. D. eod. tit.*

*Nec dolo desit habere.*

Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. *c. pro possessore. 36. de reg. jur. 6.*

Semper qui dolo facit, quominus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. *I. ad ea. 157. §. semper. D. reg. jur.*

Parem esse conditionem oportet ejus, qui

66 Receptarum Juris utriusque

qui quid possideat, vel habeat, atque  
ejus, cuius dolo malo factum sit, quo mi-  
nus possideret, vel haberet. *L. parem.* 150.  
*D. eod.*

*Nec ex ea locupletior est factus:*

Locupletior non est factus, qui liber-  
tum acquisiverit. *L. nemo.* 126. §. locuple-  
tior. *D. eod.*

*Si res casu perire.*

Animalium casus, mortes, quæque si-  
ne culpa accidunt, fugæ servorum, qui  
custodiri non solent, rapinæ, tumultus,  
incendia, aquarum magnitudines, im-  
petus prædonum, à nullo præstantur. *L.*  
*contractus.* 23. §. animalium. *D. eod. tit.*

*Vel habet rem, quæ peritur; sed ei  
panæ nomine soluta est.*

Quod à quoquam pœnæ nomine ex-  
actum est, id eidem restituere nemo co-  
gitur. *L. quod à quoquam.* 46. *D. eod.*

*Aut alternativè debetur.*

In alternativis debitoris est electio, &  
sufficit alterum adimpleri. *c. in alterna-  
tivis.* 79. *de reg. jur. 6.*

*Aut*

*Aut dividi potest.*

Ea quæ in partes dividi non possunt,  
solida à singulis hæredibus debentur. 1.  
*ea quæ. 192. D. dereg. jur.*

*A CONTRACTU; qui vel invalidus est,*  
*vel contra. Ab Invalido.*

Non est obligatorium contra bonos  
mores præstatum juramentum. c. non est.  
*58. dereg. jur. 6.*

In malis promissis fidem non expedit  
observari. c. in malis. 69. eod. tit.  
6.

Non præstat impedimentum, quod  
de Jure non sortitur effectum. c. non præ-  
stat. 12. eod. tit. 6.

*A contractu valido.*

*Qui prior tempore, potior est jure.*  
c. qui prior. 54. eod.

*Posteriores vel à propriis delictis, vel ab  
alienis ducuntur.*

*A PROPRIIS DELICTIS.*

*1. Si jure fecit reus.*

Non capitur, qui jus publicum sequi-  
tur. l. nihil consensui. 116. §. non capitur.  
*D. dereg. jur.*

*Non*

Non debet, cui quod plus est licet,  
quod minus est non licere. *I. non debet.*  
*21. De eod tit.*

Cuicunque quod est plus, licet utique  
quod est minus. *c. cui licet. 58. de reg.*  
*jur. 6.*

Nullus videtur dolo facere, qui suo  
Jure utitur. *I. nullus. 55. D. de reg. jur.*

*2. Si habuit parere necesse.*  
Adea, quæ non habent atrocitatem  
facinoris vel sceleris, ignoscitur servis,  
si vel dominis, vel his qui vice dominorum  
sunt, obtemperaverint. *I. ad ea. 157.*  
*D. eod.*

Qui jussu Judicis aliquid facit, non vi-  
detur dolo malo facere, qui parere ne-  
cessè habet. *I. non videntur. 167. §. qui jus-*  
*su. D. eod.*

Quod quis mandato Judicis facit, do-  
lo facere non videtur, cum habeat pare-  
re necesse. *c. quod quis. 24. de reg.*  
*jur. 6.*

Ejus nulla culpa est, cui parere neces-  
se sit. *I. in damnum 169. §. ejus. D. de*  
*reg. jur.*

*Alio*

*Alioquin in dolo fuisset.*

Non potest dolo carere, qui imperio  
magistratus non paruit. *l. non potest.* 199.  
*D. eod.*

*3. Si ex necessitate fecit.*

Quod non est licitum in lege necessi-  
tas facit licitum. *c. quod non est.* 4. *d. reg.*  
*jur. ext.*

*4. Si calore iracundiae.*

Quicquid in calore iracundiæ vel fit,  
vel dicitur, non prius ratum est, quam si  
perseverantia apparuit judicium animi  
fuisse. *l. quicquid.* 48. *D. de reg. jur.*

*5. Si imprudentia etatis.*

Fere in omnibus poenalibus judiciis &  
etati & imprudentiæ succurritur. *l. fere.*  
108. *D. eod. tit.*

Pupillus pati posse non intelligitur. *l.*  
*in eo. 110. §. pupillus. D. eod. tit.*

*6. Si infirmitate sexus.*

Mulieribus tunc succurrendum est cum  
defenduntur, ut non facilius calumnien-  
tur. *d. l. in eo. 110. §. mulieribus. D.*  
*cod.*

---

AB ALIENIS DELICTIS.*Si reus prohibere non potuit.*

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest. *l. nullum 109. D. eod.*

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest. *l. culpa 50. D. eod.*

*Non admittitur exceptio timoris vani.*

Vani timoris justa excusatio non est. *l. vani 184. D. eod. tit.*

## DE REPLICATIONE.

## CAP. XXVI.

**N**on solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur. *l. qui cum alio. 19. §. non solet. D. eod. tit.*

Non datur talis replicatio petitori; Si rei quoque in ea re dolo actum sit. *l. cum par. 154. versic. enim. D. eod. tit.*

## DE LITIS CONTESTATIONE.

## CAP. XXVII.

**N**on solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam

quam si non, sed plerumque melior. *I. non solet 86. D. eod.*

Nemo in persecundo deteriorem causam sed meliorem facit. Denique post hanc contestatam haeredi quoque propicitur, & haeres tenetur ex omnibus causis. *I. nemo enim 87. D. eod. tit.*

Omnis actiones, quae morte aut tempore pereunt, semel inclusae judicio, salvae permanent. *I. omnes 139. D. eod. tit.*

## DE PROBATIONIBUS.

### CAP. XXIX.

*Probationes eruuntur non ex cavillatione:*

**E**A est natura cavillationis, quam Græci  $\sigma\omega\gamma\tau\eta$  appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quae evidenter falsa sunt, perducatur. *I. ea est. 65. D. eod. tit.*

*sed ex veritate.*

Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. *c. qui scandalizaverit. 3. de reg. jur. ext.*

*Effici-*

Elicitur autem veritas.

*Interdum ex iis quæ apparent.*

Expressa nocent; non expressa non  
nocent. *l. expressa.* 195. *D. de reg. jur.*

Eum, qui certus est, certiorari am-  
plius non oportet. *c. cum qui. 3. d. reg.*  
*jur. 6.*

*Interdum ex his quæ presumuntur,*

Præsumitur ignorantia, ubi scientia  
non probatur. *c. præsumitur.* 47. *eod.*  
*tit.*

Semel malus semper præsumitur ma-  
lus. *l. semel.* 8. *eod. l. 6.*

## DE SENTENTIA.

### CAPUT XXIX.

*Sententia probatur,*

*Si quidem transit in rem judicatam,*

**R**es judicata pro veritate accipitur. *l.*  
*res. 207. ff. de Reg. jur.*

*Quod fit,*

*Si data est causa cognita,*

Omnia, quæcunque causæ cognitio-  
nem desiderant, per libellum expediri  
non possunt, *l. omnia.* 71. *ff. eod.*

In

In civilibus interdum in id, quod condemnatus facere potest, coarctatur.

Utpot non ulterius procedente execuzione.

Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur in id, quod facere possunt, condemnandos. l. divus 28. D. eod.

In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum quod habent extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. l. in condemnatione. 173. ff. eod. tit.

In criminalibus queritur culpa, ut reus condemnetur.

Sine causa, nisi subsit culpa, non est aliquis puniendus. c. sine 23. de reg. jur. 6.

De qua si confiter,  
punitur reus,

Peccati venia non datur, nisi correptis, c. peccati 5. eod. tit. 6.

rem restituere cogitur.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatu

U

tuatu

74      Receptarum Juris utriusque  
tuatur ablatum. c. peccatum. 4. eod.  
tit. 6.

*Et ex ejus bonis aliquid fisco addicitur.  
Ea sola deportationis sententia au-  
fert, quæ ad fiscum perveniunt. l.ea.97.D.  
dereg.jur.*

## DE AMBIGUI INTERPRETA- TIONE GENERALI.

### CAPUT XXX.

**C**Um autem judicis præcipuum mw-  
nus sit ambigua interpretari, eitum  
generales tum speciales regulæ præscri-  
buntur.

*Generales sunt hæ:  
Nam primum verba sunt perpendenda.  
Utile per inutile non vitiatur, c. utile  
37. de reg.jur. 6.*

Non solent, quæ abundant vitiare  
scripturas. l. non solent 94. de reg.jur.

Ubiverba conjuncta non sunt, suffi-  
cit alterutrum esse factum. l. in eo. 110.  
§. ubi. D. eod.tit.

Pluralis loquutio duorum numero  
est

est contenta. c. pluralis 40. de reg. jur.  
6.

In eo quod plus sit, semper ineſt &  
minus. l. in eo 110. eod.

Plus semper in ſe continent id, quod  
eft minus. c. plus. 35. de reg. jur. 6.

In toto & pars continentur. c. in toto  
113. D. de reg. jur.

In toto partem non eft dubium con-  
tineri. c. in toto 80. de reg. jur. 6.

Semper ſpecialia generalibus inſunt.  
l. Semper 147. ff. de reg. jur.

Generi per ſpeciem derogatur. c. ge-  
neri. 34. de R. J. in 6.

In toto jure generi per ſpeciem dero-  
gatur, & illud potiſſimum habetur,  
quod ad ſpeciem directum eft. c. intoto.  
80. ff. de R. J.

Deinde mens ſcribentis exquirenda.

In ambiguis orationibus, maxime  
ſententia ſpectanda eft ejus, qui eas pro-  
tuliffet. l. in ambiguis 69. ff. eod.

Quod factum eft, cum in obſcuro  
ſit, ex affectione cuiusque capit inter-

U 2 pre-

76 Receptarum Juris utriusq;  
pretationem. l. Rapienda. 168. §. quod  
factum. D. eod.

In generali concessione non veniunt  
ea, quæ quis non esset verisimiliter in  
specie concessurus. c. in generali. 81. de  
Reg. jur. 6.

*Quæ si dignosci non potest, tunc sequen-*  
*dum est, quod minimum.*

Semper in obscuris, quod minimum  
est, sequimur. l. semper. 9. ff. de reg. jur.

Quoties nihil sine captione investiga-  
ri potest, eligendum est quod minimum  
habet iniquitatis. l. quoties 200. D. de  
reg. jur.

*Quod verisimilius & frequentius.*

Inspicimus in obscuris, quod est veri-  
similius, vel quod plerumque fieri  
consuevit. c. inspicimus. 45. de reg.  
jur.

In obscuris inspici solet, quod verifi-  
milius est, aut quod plerumque fieri so-  
let. l. in obscuris 114. D. de reg. jur.

*quod benignius.*

In re dubia benigniorem interpreta-  
tionem sequi non minus justius est,  
quam

quam tutius. *l. ea quæ 192. S. in re dit-  
bia. D. eod.*

Rapienda est occasio, quæ præber be-  
nignius responsum. *l. rapienda 168. D.  
eod.*

Semper in dubiis benigniora præfe-  
renda sunt. *l. semper 56. D. eod.*

Ea facta, quæ dubium est, quo animo  
fiant, in meliorem partem interpreta-  
mur. *c. estote 2. de Reg. jur ext.*

*quod æquius.*

Quoties æquitatem desiderii aut na-  
turalis ratio, aut dubitatio juris mora-  
tur, justis decretis res temperanda est.  
*l. in ambiguis. 85. S. quoties. D. de reg.  
jur.*

In omnibus quidem, maximè tamen  
in jure, æquitas spectanda est. *l. in omni-  
bus. 90. ff. dereg. jur.*

Etsi nihil mutandum est ex solenni-  
bus, tamen ubi evidens æquitas poscit,  
subveniendum est. *l. etsi. 183. ff. eod.*

*Quodrei, de qua agitur, aptius.*

Quoties idem sermo duas sententias  
exprimit, ea potissimum accipitur, quæ  
U 3 rei

rei gerendæ aptior est. *I. quoties 67. D. eod.*

*Sin autem nec hoc cognoscitur, erit  
habenda ratio personarum,*

Favorabiliores rei potius, quam acto-  
res habentur, *I. favorabiliores. 125. ff. eod.*

Cum sunt partium jura obscura, *reco*  
favendum est potius, quam actori, *c. cum*  
*sunt. II. de reg. jur. 6.*

In eo, quod vel is qui petit, vel is à  
quo petitur, lucri facturus est, durior  
est causa petitoris. *I. in eo quod. 33. D. de*  
*reg. jur.*

*temporis,*

Quoties utriusque causa lucri ratio  
vertitur, is præferendus, cuius in lu-  
crum causa tempore præcedit. *I. quoties*  
*98. D. de reg. Jur.*

*damni,*

In re obscura melius est favere repeti-  
tioni, quam adventitio lucero. *I. non de-*  
*bet 41. §. in re obscura. D. eod.*

*possessionis.*

*In*

In pari causa possessor potior haberi debet. *I. in pari. 128. D. eod.*

Cum de lucro duorum quæritur, melior est causa possidentis. *I. nemo. 126. §. cum de lucro D. eod.*

## DE AMBIGUI INTERPRETATIONE SPECIALI.

### CAP. XXXI.

*Speciales sunt hæc, quæ referuntur  
AD MANUMISSIONES.*

**Q**uoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit. *I. quoties. 29. D. id.*

In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati. *I. in obscura. 107. D. eod.*

### AD PRIVILEGIA.

Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viventi, Cæsar rescriperat, quod defunctæ dedisse existimaretur? respondit: Non videri sibi Principem, quode ei, quem vivere existimat,

bat, concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius aestimationem esse. *l. Ne-*  
*ratus. 191. D. eod.*

## AD TESTAMENTA.

In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur. *l. in testamentis.*  
*12. D. eod.*

Cum tempus in testamento adjicitur, credendum est pro hærede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris. *l. cum tempus.*  
*17. D. eod.*

Ubi pugnantia inter se in testamento jubentur, neutrum ratum est. *l. ubi pugnantia.* *18. D. eod.*

Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt ac si scripta non essent. *l. quo tutela.* *73. §.*  
*quæ in testamento. D. eod.*

AD CONTRACTUS IN UNI-  
VERSUM.

Semper in stipulationibus, & cæteris contractibus id sequimur, quod actum est; aut, si non appareat quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod

quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum est, redigenda summa est *l. semper 34. D. eod.*

Quae dubitationis tollendæ causa contractibus inferuntur, jus commune non laedunt. *l. quæ dubitationis. 81. D. eod.*

Contra eum, qui legem potuit dice-re apertius, est interpretatio facienda.  
*c. contra 57. dereg. jur. 6.*

Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque consideratur. *l. fraudis. 77. D. dereg. jur.*

#### AD VENDITIONEM.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda, ut res salva auctori sit. *l. in contrahenda. 172. D. eod. tit.*

AD

AD NUPTIAS.

In ambiguis pro dotibus respondere,  
melius est. *l. in ambiguis. 85. D. eod.*

AD DELICTA.

In pari delicto vel causa, potior est  
causa possidentis. *c. in pari. 65. de reg.  
jur. 6.*

Cum par delictum est duorum, sem-  
per oneratur petitor, & melior habetur  
possessoris causa; sicut fit, cum de dolo  
excipitur petitoris. *l. cum par. 114. D. de  
reg. jur.*

AD POENAS.

In poenalibus causis benignius inter-  
pretandum est. *l. factum. 155. §. in pœna-  
libus. D. eod. tit.*

In poenis benignior est interpretatio  
facienda. *c. in pœnis. 49. de reg. jur. 6.*

Odia restringi, favores convenit am-  
pliari. *c. odia. 15. eod. tit. 6.*

F I N I S.
















44<sup>1</sup>  
h,1

X2399.238

UDN







ANDREÆ MYLII, J.U.D.  
& PROF. PUBL.  
*in Academiâ Lipsiensi*

**NUCLEUS  
PANDE-  
CTARUM,  
Definitiones, Divisio-  
nes & Titulorum Conne-  
xiones præcipuas ex-  
hibens,  
cui accesserunt  
GERMANICOUSINII J.C.  
receptarum utriusque juris  
Regularum**

**PARTITIONES.**  
Editio secunda anterior.  
LIPSIAE  
Literis ANDREÆ ZEIDLERI.  
M DCC IL